

**IN TEXTUS POENITENTIALES,**

Quatvor dierum solemnium precum

**BREVES DISPOSITIONES HOMILETICÆ.**

ANNO 1685.

Die I. (a. d. 24. April.)

**CONCIO I.**

**Parasceve:** Novissime elapsi anni Sacra public. precum obsignavimus ultimæ diei poenitentialis Concione i. fiduciali Davidis voce è *Psal. 61: v. 1, 2, 3, 4, 5.* agnoscimus iisdem verbis, devotè repetitis, Dei clementiam, quod nos tunc ut ante exaudierit: *Sapientiam, in juvandis, potentiam, quâ patriam nostram in hunc usque diem sartam teatamque servaverit; & gratiam, qua veram apud nos religionem, inque piis, puri sui verbi amore custodierit.* (*vid. Conc. i. die 4. 1684.*) simili spe nos erigentes, inchoamus hujus anni sacra publica poenitentialia, textu primo, verbis planè parallelis. Votum *Ex Psal. 119: v. 116.*

**TEXTUS Psal. 31: v. 1, 2, 3, 4, 5.**

**E**xord. Post nuperas meditationes passionales, jucundo ordine sequitur textus hic ex passionali Psalmo (*vid. summarium Psalmi in Bibl. verna.*) ac immediatè post verba prælecta, legimus *Psal. 31: v. 6.* verba Christi in cruce ultima, *Iul. 23: v. 46.* Et ob postrema verba textus v. 5. de edubitione è laqueo etiam Paschalem meditationem intervenientem repetimus ex *Actor. 2. v. 24.* ubi Petrus commemorat (*α*) Christi resuscitationem: adscribitur ea peculiari ratione *Deo Patri, Att. 5: v. 30,* 31. Est autem opus totius S. S. Trinitatis, proinde tribuitur etiam *ipse Christo, Rom. 1: v. 4.* competit quoque Spiritui Sancto, *Rom. 8: v. 11* (*β*) resuscitationis modum: *Solvens dolores mortis, è morte dolorosa liberans;* (*γ*) resuscitationis rationem, quia impossibile erat Christum reineri à morte, erat quippe Salvator potentia infinita, etiam in mortem, *Apoc. 1. v. 18.* & jam per solutis omnium hominum Peccatis, quæ liberè suscepérunt, mors in illum sanctum & justum jus nullum habuit, *Rom. 6: v. 9, 10, 11.* & ut in hoc Psalmo 31. Christus loquitur, modo ut caput, modo ut corpus, i. e. Ecclesia, ideo in solatium piorum. cum Christo liberato & liberatore (*conf. Esa. 53 v. 8. Zach. 9. v. 9.*) videamus ex hoc textu. *Edubitionem sperantium è reti periculorum.*

Ubi not. I. *Fiducia in Dominum, sperans.*

II. *Gratia Dei, liberans,*

III. *Rupes in Deo, sustentans, Votum ex Psal. 31: v. 19.*

A

Titus

534

I. *Fiducia in Dominum sperans*, v. 2. *in te Domine speravi*: non in Angelos nec in homines sive vivos sive defunctos, ea enim spes infelix, &c. *Jer. 17*: v. 5, 6, sed solum & unicè in te *Domine speravi*; nam inde benedictio, *Jer. 17*: v. 7, 8. & *Salu. Psal. 2*: v. 12. & 34: v. 9. in Dominum sperandum, quia est Deus noster, *Psal. 31*: v. 15. *Hos. 12*: v. 6. & cuncta ejus attributa hanc spem in nobis excitent. *Bonitas & Clementia Dei*, *Psal. 9*: v. 10, 11. & *32*: 10. *Potentia ejus*, *Psal. 115*: v. 3; 11. *Ephes. 3*: v. 20. *Omniscientia*, quā casus nostros & calamitates omnes novit, *Nabum 1*: v. 7. *omnipresentia*, *Esa. 43*: v. 1. & seqq. *omnisapientia*, quā optima designat liberationis media, *Esa. 28*: v. 29. Frequentissimæ sunt hæ fiduciaæ voces, *Davidis*, *Psal. 7*: v. 2. & 11. v. 1, & 18: v. 3. &c. & aliorum piorum, *Jer. 14*: v. 22. &c. ac in persona Christi exinaniti & afflitti prolatæ, *P. 16*: v. 6. & *12*: v. 5. *Herb. 5*: v. 7. consequens tanta fiduciæ, latt̄ migh aldrigh komma på skam/ *Heb. Non confundar in aeternum*. jam de eo in fide ac spe planè certus est pius animus, *Heb. 11*: v. 1. quod omnem ignominiam hic in tempore & in aeternum evitabit, *P. 25*: v. 20. & *37*: 37, 39. cum impii confusione & contemptu obruuntur, *Hiob. 6*: v. 20. & *8*: v. 22. *Psal. 25*: v. 5. Sperantes in Deum obtinebunt illuminationem, *Psal. 34*: v. 6 & *gloriam Psal. 91*: v. 14, 15, 16.

*Uſus*, vid. *Enarrat. Psalt. vernacula usu*, & 2. conf. *Conc. 1. diei 2. Anno 1684.*

II. *Gratia Dei liberans*: Est gratia Dei omnis felicitatis nostræ fons, *Job 1*: v. 6. spectatur autem hic (1) *gratia justa*, v. 2. frels migh genom tina Råttsfördigheeti intelligit autem primum, *justitiam protectionis*, quā innocentia & justæ cauæ piorum succurrat, *Psal. 35*: v. 24. & 65, 6. & *71*: v. 2. deinde *justitiam veritatis*, qua gratiola sua promissa, justæ & benignæ servat, *P. 5*: 8. & *24*: v. 5 denique *justitiam retributio-*niæ, qua hostes piorum punit, *Psal. 11*: v. 6, 7, 8. 2. *Tbeff. 1*: v. 6, 7, 8. (2) *gratia clementer exaudiens*: v. 3. bög tin öron til migh per inclinacionem aurium, intelligitur benigna precum receptio; estq; desumpta loquendi ratio à parentibus ad liberorum voces submissas, caput & aures inclinantibus, & tribuitur sæpius Deo, 2. *Reg. 19*: v. 16. *Psal. 17*: v. 6. (3) *gratia festinanter eripiens*: v. 3. hasteliga hielp migh etsi copiosi & nunquam non in exitium meum intenti sunt hostes, tamen longè promptior & parator est Deus, ut ex præsentissimo quovis periculo me extrahat, *Psal. 22*: v. 20. & *38*: v. 23. & *70*: v. 2. & *71*: v. 12. (4) *Gratia salutem conferens*, v. 3. At tu hielper migh! est hic verbum, unde nomen Jesue derivatur. in

eo salutem & vitam suam collocat David, *Psal.* 31: v. 8, § 17: v. 7, § 18:  
v. 47, etc. (5) gratia ducens & dirigens v. 4. At tu doch för titt Nam yn stul  
migh leeda och föra wille. Propter gloriam nominis tui, antea tot divinis  
operibus celebrem, & ad hoc continuandam, sic pii sacerdos, ut opem Dei  
impetrant, gloriam & nomen Dei interponunt, *Josue* 7: v. 9. *Psal.* 25: v.  
11. § 79: v. 9. (6) gratia plene è reti liberans, v. 5. Vt hū nåtet som the  
förf migh stålt häfva! *Heb.* e reti quod mibi absconderunt, quo respicit  
etiam canticum vernaculum: Werlden brukar margfælsligh mång diåd  
och lönliga snaror ic. comparantur autem artes & insidiae, quibus impii  
conantur irretire probos, laqueis & reti, *Psf.* 25: v. 15. § 35: v. 7. § 57: v. 7. § 6.

*Uſus*, *Vid. Encl. Psalt. vernacula*, *Psal.* 31. v. 1-5. *usu.* 3.

III. *Rupes in Deo ſuſtentans*: Et hoc ex gratia Dei fluit, qvoniā  
vero pluribns verbis, iſtud divinum beneficium exprimit textus, & post  
liberationem tutum nobis qværendum receptaculu, ideo porrò confide-  
randum quod *Deus fit* (1) *Petraroboris*: en ſtarct flippal firmissima & pla-  
ne inexpugnabilis petra, *Deut* 32: v. 4. *Pf.* 62: v. 8. *Eſai.* 26: v. 4. (2) *Do-*  
*mus munitionum*, v. 4. hic autem non simpliciter Deus munimentum vo-  
catur, sed *domus munitionum*, h. est. firma & constans mansio, eaq; mu-  
nitissima, dicitur quidem David habitasse in *munitione*, ſcil. in arce *Zion*,  
*1. Chron.* 12: 7. verum non appellatur *domus munitionum* ejus, ſic enim  
in Deo ſolo tutus eſſe voluit & potuit, *Pſal.* 18: v. 2. § 91: v. 2. § 144: v. 2.  
(3) *Munimentum*; v. 4. min borg in fugā conſtitutus David, ſæpe in mu-  
nimenta obvia ſe recepit, *1. Sam.* 23: v. 19. ſed raro ibi tutus erat, *1. Sam.* 23: 20.  
ideo in Deo validiſſimum qværit munimentum, *Pf.* 71: v. 3. (*vid. conc. 1.*  
*Die 2. 1684*) (4) *Fortitudo ſuorum*, v. 5. Min ſtarckheit. Hoc uno verbo  
complectuntur pijoñiem defenſionem & tutam en quod in Deo habent,  
*Exod.* 15: v. 2. *Pſal.* 18: v. 40. § 6.

*Uſus*, *vid. itidem encl. Psal. veracula*, *Pſal.* 31. v. 1. ſeqq. *usu* 4.

## CONCIO II.

*Parafœve*: *Deut.* 32: v. 15. *leg.* §. *appl. ad textum*, *add.* v. 29. § *conf.*  
*conc. 3. Dici 1. anno 1683.*

## TEXTUS *Ezek. 16: v. 49. 50.*

*Exord:* 2. *Pet.* 2: v. 6. *Ubi* (α) *Pœna ipfa: Sodome & Gomorra ever-*  
*fio*: *leg. Gen.* 19. v. 24. 25. (β) *Pœna Uſu*, och ſatte förf ett effterdömeſſe  
them ogudachitigom/ ic. non quod imitarentur eorum peccata, ſed quod in  
pœna Sodomitarum, vividum exemplum & typum infernalis pœnæ vide-  
rent, ut tanto ſollicitius ſibi a peccatis & libidinofis pollutionibus cave-  
rent, ita explicatur *Juda*, v. 7. 8. Notabimus ergo ex hoc textu.

*I. Sodome peccata*, *II. Peccatorum pœnam*. Votum In

536.

In hoc cap. 46. primum eleganter recenset Ezekiel beneficia divina, cum in temporalibus tum in spiritualibus populo Judaico & Hierosolymæ collata, usq; adv. 14. gravissimam deinde defectionem exprobrat per turpissimam idololatriam, Fiduciam in gentes vicinas & pudendam cum illis commixtionem, usq; ad v. 31. denunciat denique immanes calamitates, v. 31. & seqq; ac ut in his iram suam v. 42. justam esse demonstret, confert peccata eorum cum corruptione gentium Cananæarum, v. 44, 45. cum idololatræ Samaria & libidinosa Sodoma, v. 46, imo per interpositum juramentum affirmsat Sodomam v. 47, 48, & Samariam v. 41, eosq; malitia non progressas fuisse; Nos itaq; consideramus

*I. Sodoma Peccata:* Spiritus Dei, oculos Hierosolymitanorum & omnium nostrum excitat vocula ecce si; ut tanto evidentius convincentur Judæi, & quivis accuratius contemplando transgressiones Sodomæ, seipsum probaret: Ac ut de se tanto propius subsumeret Jerusalem, soror eius vocatur Sodoma, Eyn systers Sodoms. Sunt quidam qui cognationem sanguinis inter has querunt, verum hic magis spectatur cognatio sive similitudo moralis, propter quam Sodoma vocatur soror Hierosolymæ, vitijs nempe & corruptissimis moribus se invicem referabant propius quam soror sororem. Spectanda autem peccata, (1) *Distincte expressa*: nominatur a. (a) *Superbia*; v. 49 hōgmod/v. 51, vthan wore stälte / vitium alia multa progenitans, Syr. 10: v. 15, fuitq; in antiquis Sodomitis magna propter fertilitatem Terræ & rerum omnium abundantiam, Inde contra Deum se extulerunt, non agnoverunt vitia & transgressiones suas, & supra omnes, maxime supra peregrinos, efferebantur; (β) *Saturitas panis*: Alltingz öfverflödigheet; Abundantia rerum omnium, qua gaudebant Sodomitæ, Gen. 13: v. 10. edebant, bibebant, scilicet genialiter, Luc. 17: v. 28. Hoc inter vitia collocatur propter peccaminosum tantorum bonorum abusum, i. Job. 2: v. 16 & quod homines per copiam rerum temporalium tument, superbjunt, Zacb. II: v. 5, & peccatis liberius indulgent, Deus 32: v. 15. P/ al. 17: v. 14. nam venter satur despumar in libidinem, & libido Sodomitarum, inter abominationes detestandas, hic numeratur v. 50. (γ) *Tranquillitas quieta*: ock god frjd then hon och hennes dörrar hade, per filias intellige vicinas urbes minores, vid. B. Luth. glossam ad Numer. 21: v. 25, quæ omnes pace, divina ope per Abrahamum illis procurata, abutebantur, Gen. 14: v. 21. (δ) *Immisericordia*. Men them fattiga och torftiga giorde dhe icke gärna hjelpt Hebr. Verum manum affisti & geni non corroboravit; Sustentatio vita comparatur baculo, quo quis se fulcit, ita in Hebr. Levit. 25: v. 26. Esai. 3: v. 1. Ezek. 4: v. 16. Et: v. 16. nam ut lassu n fessumve corpus sustentatur baculo, ita etiam pane & victu su-

537

stentatur homo, *Psal.* 104: v. 15. *Esa.* 35: v. 3. qui autem denegat operem  
egeno, vitæ conservationem illi subtrahit, *I. Job* 3: v. 17. *Jac.* 2: v. 15. 16.  
est autem crudelis tenacitas, superbiæ filia, dum omnia sibi arrogat, egenos  
fratres sororesque despicit,

(2) *Peccata Sodomaæ, communibus nominibus comprehensa;* Duo sunt  
hic peccatorum nomina, generalia primum misericordia v. 49. iniquitas  
quæ vox ut alibi gravissima peccata denotat, *Gen.* 4: v. 13. *Psal.* 32: v. 5.  
*Esa.* 64: v. 6. *Hos.* 12: v. 9. & 14: v. 2. (*in quibus locis vox eadem Hebr.*)  
ita etiam hic sub eadem intelligenda veniunt Sodomaæ crimina, cum hic  
expressa, tum alibi descripta, quo factum ut in illa magna hominum copia  
ne decem quidem justi reperti lunt, *Gen.* 18: v. 32. Alterum v. 50. *stygialis*  
*abominatione*, quæ ipso sono maxime detestanda peccata indicat, & in hoc  
capite *Ezek.* 16. occurrit saepius quam ullibi, undecies *Scil.* v. 2, 22, 25, 36,  
43, 47, *hoc v. 50. bis v. 51. deinde v. 52. 58.* ex quorum saltem locorum col-  
latione, patebit quam grandia designet peccata: De Sodomitis testatur  
Spiritus *S. Gen.* 13: v. 13. homines erant mali & peccatores coram Domino  
valde, & si cum nonnullis *Psal.* 107: v. 34. de terra Sodomaæ fructifera in  
falsuginem conversa, intelligamus, *Deut.* 29: v. 23. *Zeph.* 2: v. 9. etiant  
cum Davide sub malitia nomine complectamur Sodomitarum corruptio-  
nem, *Gen.* 18 & v. 10. de iis scilicet quod clamor peccatorum eorum fuerit  
magnus, & peccata eorum gravia valde h. e. gravissima. Dubium pro-  
inde nullum est, quin sub iniquitate & abominatione a Sodomitis per-  
petrata intelligat Propheta, (a) *Peccatum speciatim dictum Sodomiti-  
cum:* (b) Numinis & verbi divini contemnum: 2. *Pet.* 2: v. 6, 7, 8. *Conf.*  
*Gen.* 19. 7. 9. 10. (c) Mendacium, & impietatis approbationem, *Jer.* 23. 14.  
(d) *Injustitiam, egenorum oppressionem, & cupidinem largitionum;* Nam principes & judices Iudeorum vocantur *principes Sodomitiæ*, *Esa.*  
1: v. 10. & mox eodem capite v. 23. redditur ratio appellationis ex istis  
vitijs, & crudelitate, *conf.* *Esa.* 10: v. 1, 2. *Zach.* 7: v. 9: (e) *Innocentum*  
& *fidelium persecutionem*, *Apoc.* II: v. 8. vocatur Roma quæ sedes est  
meretricis Babylonicae, Sodoma & Agyptus, ubi Dominus crucifixus est,  
tum ob caussas alias, tum quod veritatis cœlestis confessores & in Christi  
merito justitiam & salutem unice quærentes, persequatur. Id autem quod  
illi immefito patiuntur Christus sibi adscribit, *Zach.* 2: v. 8. *A&I.* 9: v. 5.  
*Coll.* I: v. 24. (g) *Calumnias & iniquissima verba;* hoc vitium superbiam  
comitatur, & illius eos convincit, *Petrus*, 2. *Petri* 2: v. 8. in ejusmodi quo-  
que erumpunt proterè Sodomitæ, *Gen.* 19: v. 9. sed & ad hoc respicit  
Spiritus *S. Deut.* 32: v. 32. (2) *Insolentem peccatorum jactantiam;* be-  
romma sigh aff sua *Synder* peccatum erat Sodomiticum, *Esa.* 3: v. 9.  
respicit Propheta ad *Gen.* 19. v. 5. Similis impudentia, *Jud.* 19: v. 22.

*538.*  
*Jer. 2: v. 25.* inter dōlia them: inde etiam dicuntur peccasse coram Domino, h. e. palam, aperte, sive omni pudore, *Gen. 13: v. 13.* & *18: v. 20.* (vid. *Con. i. die i. 1677.*) quæ atrocissima flagitia justitia Dei pro peccatis clamantibus habet, *Jer. 6: v. 7.*

II. **Peccatorum penam:** Indicavit Deus peccata Sodomorum ut Judæos convinceret, addit etiam poenæ mentionem, ut eos ad poenitentiam duceret, therfore hafwer iagh oħ bortfajt them/ tā iagh begħiute see ther til: Justitiam poenæ patescere vult Deus, quod tum demum evertit postquam vidit: respicit dubio procul ad *Gen. 18: v. 21.* ubi *Deus descendisse* dicitur ut videret, non quod illum omniscium latere possint peccata, etiam ad cœlos clarnantia, sed quod hoc modo, ostendat se iuste & delictis bene cognitis ad puniendum progredi, postquam homines thesauros gratia Dei contemplerint, *Rom. 2: v. 4, 5. &c.* & hoc simul in cautio nem peccatoribus vergat, quod non existimat Deum nescire facta eorum, *Hab. 2: v. 13, 14.* *Syr. 23: v. 25, 26.* Sed cogitent quod addit *Syr. 23: v. 27, 28.* & quod antea monuit *Ezias cap. 29: v. 15, 16.* Deinde manifestat Deus pene gravitatem, bortfajt them/ exitiali poena eos destruxi, imo consumsi, ut amplius non essent in hoc mundo, nec quidquam supereriset de civitatibus eorum, nisi indicium & vestigia eversionis & destructionis inaudita, *Thren. 4: v. 6.* *Zeph. 2: v. 9.* usurpatur vox Hebreæ quæ hic adhibetur de excisione & extirpatione idololatrici cultus, *z. Reg 3: v. 2. & 23: v. 19.* *z. Chron. 14: v. 3, 5.* de pœna a Deo immissa legitur, *Eze. 18: v. 5.* *Jer. 32: v. 31.*

*Illiſus,* Si quis textus hujus justum postulat applicationis zelum, certe hic illum in patria nostra requirit. Nec alia est intentio S. R. Ma:ti*s*, Regis nostri clementissimi & de salute Regni sui temporali deque æterna omnium subditorum suorum maxime solliciti; quam ut consideratione talium judiciorum divinorum, ea in nostri **admonitionem** scripta esse existimemus, *1. Cor. 10: v. 11.* Superiori anno medio textu prima diei, ex *Jer. 18: v. 11.* judicia Dei comminatoria contra Judæos proposita sunt, & si forte ex illis parum simus excitati in salutarem resipiscentiam, videmus hoc anno Judicia Dei executoria in Sodomitas, ut tandem simus sapientes, *Deut. 32: v. 29.* vix sit quisquam qui ausit negare similia vel eadem apud nos reperiti, imo invaluisse peccata: *Superbia*, quæ primo loco posita, etiam apud nos in primo vel summo gradu collocanda est, & cum viliores, & ignobiles animæ fastum suum vestitu splendido, gestibus affectatis, verbis jactabundis ostentent; quid non audeant eminentiores variis superbiæ speciebus, quas omnes Sodomorum exitium pie expensum, retundat, addantur dicta & exempla alia, ab hoc diabolico vitio dehor-

539

¶ 119: v. 21. &c. vid. Expl. Ps. 12: vers. 5. cum II/u 3. *Saturitas panis;*  
magnum illud Dei donum, quod in patria charissima plerumque nobis  
concedit Deus, Psal. 147: v. 14. raro deprædicamus, Deut. 8: v. 10. Sed  
sæpius tantum beneficium nec corde, Jer. 5: v. 24. nec ore, Ps. 147: v. 7. 8.  
9. nec opere agnoscimus, Deut. 8: 11. sed in omnibus planè sumus ingratiani  
Deut. 32: v. 6. Hos. 13: v. 6. Quam detestandus est donorum Dei abusus  
in conviviis, in domibus quorundam opulentiorum? quem annonæ ca-  
ritate punit justissimus Deus. o quam frequentes sunt commissatio-  
nes, quas retundit S. S. Gal. 5: v. 19--21, Luc. 16: v. 24. & Nicotiana  
fumigationes, sed timendum illud Ps. 37: v. 20. & 68: v. 3. &c. vid. Expl.  
Psal. 78: pag. 186. usus. Tertium vitium est *tranquilla securitas*, præci-  
pue tempore pacis, quæ etiam Patria nostra fruebatur ab Anno 1660. ne  
a. eadem abuteremur, hunc eundem textum Anno 1670. die 2. Solemn.  
precum Conc. 2. ordinavit Rex noster clementissimus; verum eum ad se-  
rias præconum voces, seria non secuta sit emendatio, justissimus Deus  
exacto quinquenio pacem in bellum commutavit; cumq; jam quinq; cir-  
citer annis auream iterum pacem nobis largita sit Divina Bonitas, reite-  
ratur & idem textus: O si majori cum fructu. did. ex Edicto Regio hu-  
jus Anni, & add. ex Expl. Psalt. Psal. 49. pag. 437. u/u 8 Hinc *in misericordia*,  
quam detestari decet omnes Christianos, did. ex Expl. Psal.  
41. pag. 374. usu 1. Denique scortationes & adulteria adeo freqvén-  
tia sunt, ut parum aut nihil differre videantur impii inter nos socii, à  
Sodomitis: Caveant sibi lascivi habitantes in loco, qui quoad lite-  
ras & syllabas cum nomine Sodom conferri potest. Caveant, caveant sibi in  
nomine Domini, omnes homines à grandi hocce peccato, quod mundum  
antediluvianum submersit, Gen. 6. & 7. capp. tot Israelitas delevit, Num. 25.  
& Tribum Benjamiticam extirpavit, Jud. 19: & 20. capp. & ni seria in-  
terveniat pœnitentia, è regno eorum excludit, 1. Cor. 6. v. 10. Apoc. 21. v.  
8. & 22. v. 15. add. ex Expl. Ps. 73 pag. 146. usu 7. &c. &c.

### CONCIO. III.

*Paracœp: Heb. 6: v. 19.* Spes fit anchora nostra in hisce turbi-  
dis temporibus, & quam è textu primo verbis Davidis didicimus concipe-  
re spem, eam porrò hoc tertio firmius è fundo profundissimæ gratiæ di-  
vinæ cordibus nostris infigamus.

TEXTUS. Psal. 62: v. 6, 7, 8, 9.

**E**xord: Thren. 3. v. 17. 18. Gravissima est afflictæ Israëliticæ Ec-  
clesiæ querela, qualis Hiob. 19. v. 11. Psal. 39. v. 4. Sed spe erigitur  
Thren. 3. v. 19. & seqq. item Psal. 27. v. 8. Conf. Psal. 106: v. 4. con-  
ferenda

570  
ferenda antecedentia hujus Psalmi 62. Ex v. 4. 5. patebit quomodo in similibus fuit David angustiis, & quomodo se unce sustentat spe in Dominum, docetque.

*Deum esse fidelium spem. Votum Rom. 15. v. 13.*

Quamdiu vivimus, sperabimus, Eccles. 9. v. 4. Sed in quem? Respondet David: in Deum, & ter id hoc brevi textu expresse ait. Est itaque Deus:

I. *Spes unica; illum solum expectemus v. 6.* Men mihi fratres vobis  
allenast / etc. Est ea natura spei, ut futura vel absentia speret, Rom. 8. v.  
24, 25. sperat pius in Deum, non absentem, sed intimè præsentem, imo  
in eo & ab eo, omnia bona quæ desiderat, sperat, Psal 9: v. 11. & 21: v. 8.  
& 22: v. 5. &c. Eleganter hanc spem sive expectationem per silentium  
exprimit, Psal. 42. v. 6. Esa. 30: v. 15. Thren. 3: v. 29.

II. *Spes firma, illi soli confidamus, v. 7.* Han är min Trost. Hebr  
Vere ille ptem mea est. ita v. 3. adde Psal 61: v. 3. Matth. 7: v. 25. mitt  
Hieb. Salus mea. Psal. 27: v. 1. & 38: v. 23. mitt Hestkärni at tagh icke  
falleri Psal. 46: v. 8. licet procellâ periculorum jacter hinc illinc, licet  
hostes me ab uno loco in alium pellant, in te tamen immotus maneo, Hiob.  
13: v. 15. etiam si Dominus me occiderit, tamen sperabo in eum. Psal. 61:  
v. 3. Rom. 8: v. 37. seqq. Justus non proscriptetur. Psal. 31. v. v. 24. non  
perebit, 2. Cor. 4: v. 9.

III. *Spes optima, ille enim satus nobis sufficit, v. 8.* här Gudh är  
mitt Salighet; in illo & super illum, omnis salutis nostræ ratio. Bis  
hic occurrit vox Jesu cuab, unde derivatur nomen Salvatoris Jesu, in il-  
lum gentes sperabunt, Matth. 12: v. 21. Esa. 42. v. 4. dicitur expectari,  
& ita Christus spes nostra est, Ephes. 1: v. 12, 13, 14. Coll 1: v. 27. 1. Tim.  
1: v. 1. Mitt Åhra: David ab alijs contemtum habitus, in Deo gloriam  
speravit, Psal. 73: v. 24, 28. & 84. 12. Rom. 2: v. 10. Mitt Starcheen flip-  
pa. Cons. Psal. 18: v. 33. 119: v. 117. Ephes. 6: v. 10. Mitt Hopp är til Gudh  
refugium vel custodia mea in Deo, Psal. 61: v. 4. 91: v. 2. 94: v. 22.

IV. *Spes universalis, ad illum omnes invitandi, v. 9.* Hoppas på  
Gud i folket omnes homines, non Israelitæ modo, sed omnes in universum,  
Deum querant, Ps. 65: v. 6. 117: 1. Altid omni tempore, quan-  
docunque vivere incipitis, & quamdiu vivitis, Psal. 52: v. 9. plenè in De-  
um sperent, vrhgiuter edert Hierta för honom/ omnes vestras necessitates  
certà auxiliij spe illi detegatis. 1. Sam. 1: v. 15, 16. Ps. 142 v. 3, 6. Thren. 2: 19.

*Ilsu in priorum annorum dispositionibus ubiqꝫ obvius est: leg.  
Expl. Psal. 76: v. 22, cum usu r, l*

Die II. (die 19. Junij)

CONCIO I.

Parasceve: Psal. 63: v. 2. ubi (a) Deum veneratur, min Gudly,  
Psal. 18. v. 2. Job. 20: v. 18. (b) Desiderium Dei sui testatur, bittida  
wakari. Psal. 5: v. 3. (c) siti animæ assimilatur, min Siæl förstari &  
corporis, mitt Rött. Ps. 84: v. 3. (d) sitis exaggeratur, vthi ett tort- (erat  
tunc David in deserto, v. 1.) cum a. agat textus prælegendus de siccitate,  
quam experti sumus anno superiori, ergo bittida alaci animo adsumus  
ut eundem in timore Domini expendamus, *Votum*.

TEXTUS Haggai 1: v. 11.

**E**xord. Apoc. 6: v. 5. 6. Agnus aperiens, v. 1. est Christus,  
Apoc. 5: v. 6. seqq. equus niger, indigit famam, quæ hominum cur-  
tem nigram reddit, Thren. 4: v. 5. 7. 8. Statera, nota annonam non  
mensurandam, sed panem pondere esse comedendum, Lev. 26: v. 26.  
Chænix tritici vel hordei, est mensura, quæ in panem diurnum homo  
sanus indiget; Denarius est laboris diurni premium, Matth. 20: 2 est  
ergo famis indicium & initium, cum quis per totum diem laborando si-  
bi ipsi panem saltem diurnum acquirere possit, familiæ a. nihil. *vinum*  
*& oleum ne lœseris*, sed fruges ad vitæ sustentationem maximè necessaria  
periclitabantur. Quemadmodum igitur Deus in V. T. populum Israeliticum  
spe uberioris proventus ad fidem & obedientiam invitavit, Ps. 81: v. 14, 17.  
& rursus eundem comminatione famis & defectioне cohibuit, Deut. 28:  
v. 15, 17. 18. 23. 24. Et sic Christus in N. T. per pollicitationes, Mate-  
6: v. 31-34. & minas, Matth. 24 v. 7. Luc. 21: v. 11. nos ad se allicit, &  
cum minas non morentur homines, ideo insveto aestu & siccitate anno  
nuper elapo nos affixit omnipotens, cuius siccitatis incommoda ad-  
huc miseri sentimus; ideo contrito corde considerabimus in verbis  
Haggxi

I. Siccitatem vocatam,

II. Siccitatem dilatatum. Votum ex Psal. 143. v. 6. 8.

De varia siccitate sermo est in scriptura Sacra, siccitas terræ post  
diluvium, Gen. 8: v. 13, 14. & fundi in Mari rubro, Exod. 14: v. 21. 22.  
Psal. 126: v. 4. Hebr. 11. v. 19. pariter in Jordane, Jos. 3: v. 16. 2. Reg. 2.  
v. 8. erant opera gratiæ divinæ. sed hic de siccitate aestiva agitur, fruges  
& fructus terre consumente, in defectu pluvia, Hagg. 1: v. 10. opera iræ  
& justitiæ divinæ. Estque

I. Siccitas vocata: Och iagh hafwer fallat Zorfo:  
continuatur sermo comminatoryus nomine Dei, a v. 7, 8. 9, 10. & tan-

mus ut avertat ventos urentes & siccitatem, *Joel.* 1. v. 19. 20. ante & supra omnia oremus, ut cœlestis veritatis & verbi divini saluberrimum fontem nobis tervet, *Psal.* 6: v. 10. *Esa.* 3: v. 7. Ecclesiam suam oveat, *Psal.* 68 v. 10. ac tamē sitiisque, h. e. defectum verbi divini clementer avertat. *Amos.* 8: v. 1, 12. Merito S. R. M:tas in clementiss. hujus anni diplomate ut exuberantis gratia divinæ opus (2. *Cor.* 4: 1.) deprædicari vult, quod liberrime in ædes Dei nostri congredi queamus, ibi uti salutis medijs & esurientes famelicasq; nostras animas cœlesti gratia refocillare. Et hoc erga nos bonitatis divinæ opus tanto maius esse agnoscamus, cum jam aliorum vel tyrannide vel inquis artibus, multis in locis exteris turbari, imò plane impediri & supprimi audiamus puriorem cultum & Evangelij prædicationem liberam. si nos vere recipiscentes acra siti & fame desideramus justitiam Dei, *Matt.* 1: v. 6. & Deum sancto timore colimus. *Hagg.* 1: v. 11. etiam nos eriget gratiæ suæ præuentiæ promissione, *Hagg.* 1. v. 13. benedictionis ubertate, *Deut.* 28: v. 4, 5. *Psal.* 132: v. 14. *Esa.* 58: v. 10, 11. & sustentatione in omni adversitate, *Jer.* 17: v. 7, 8. ut concessa pace & tranquillitate hostibus abactis, *Esa.* 25: v. 4: 5. *Joel* 2: v. 20. loco eius quod antea vocavit siccitatem nunc vocet frumentum & multiplicet illud, ut est in Hebr. & versione B. Luth. *Ezek.* 36: v. 29. tempestive de cœlo pruviam concedat, *Psal.* 104. v. 13 & 14: v. 8. homines & jumenta alat, *Psl.* 104. v. 14. nos saturet, *Levit.* 26: v. 5. *Psal.* 33: v. 19. & 37: v. 9. & thesaurum divinæ suæ bonitatis nobis aperiat, *Deut.* 28: v. 12. *Malach.* 3: v. 10. Fiat votiva conclusio ex *Psal.* 6: v. 6, 9, 10. II., 12, 13, 14. &c.

## CONCIO II.

**Parafœve:** *Psal.* 43: v. 3. Deum alloquitur David. v. 2 vocatque robor suum: sed tristis querit: huij boridriswer 2c. mox tamen erigit se voto, ut Deus eum ducat lumine suo, *Psl.* 13: v. 4. *Epb.* 1. v. 17, 18. & veritate sua, *Psal.* 25: v. 5. imò ut ista eum dedusant ad montem sanctitatis Dei, & ad tabernacula ejus. Intelligitum publicum in Ecclesia cultum, *Exod.* 15. v. 17. tum cœlestia habitacula, *Job.* 14: v. 2. 2. *Cor.* 5: v. 1. *Apoc.* 21: v. 2. 3. Primo hujus diei textu, gravis audita comminatio, ex *Hagg.* 1: v. 11. sed quoniam textu altero Deus gravissimo monito, adjungit promissionem, fore felicem & salutarem populi mansionem in libero cultus sacri exercitio, ideo jam vovemus ex *Psl.* 43: v. 3.

## TEXTUS. *Jerm.* 7: v. 3, 4, 5, 6, 7.

**E**xord. *Esa.* 57: v. 15. ubi Not (a) Descriptio Dei: then högel imo aterfimus, *Gen.* 14: v. 22. och högt besågne Hebr. & Luth. exaltatus, ita *Esa.* 52: v. 13. Deus super omnes res creatas sublimis & exal-

exaltatus est, *Psal.* 83: v. 19. *Ecclesi.* 5: v. 7. etiam Supra altissimos ccelos,  
1. *Reg.* 8: v. 27. *Ephes.* 4: v. 10. & ut inferiora respicit, coelestia pariter ac  
terrestria, *Psal.* 113: v. 4, 5, 6. then ewinnerliga boor i habitan eternita-  
tem, Deus ita æternus est, ut habitaculum ejus sit æternitas, *Psal.* 90: v. 2.  
hwilken stampn är heligt *Luc.* 11: v. 49. *Conf.* 1. *Sam* 11: v. 1. *Ezaj* 6: v. 3.  
(3) *Habitationes Dei*, Deus ubique est, peculiares a. mansiones ipse enu-  
merat tres: Jagh som boor i högdenne Ccelos altissimos inhabitans, *Psal.*  
115: v. 3. *Ezai*, 66 v. 1. och i Helgedomenom in locis sanctissimo Dei nomini  
consecratis, *Exod.* 20: v. 14. *Reg.* 9: v. 3. ita conjunguntur, *Psal.* 11: v. 5.  
Deniq och närrhem; tales Deus respicit, *Ezai* 66: v. 2 in illis delectatur,  
*Psal.* 51: v. 19. illis adest, *Psal.* 34: v. 19. in illis habitat per fidem, *Ephe.* 3: v.  
17 (y) *Habitationis Fructus*: wederqweckia heela utrumque in Hebr. ex-  
primitur, ad vivificandum illi qui ob peccata sua quasi exanimis jacent,  
*Psal.* 38: v. v. 48, 9, 11. *Eph.* 2: 1. in Deo vivere incipiunt, *Ps. 71:* v. 20. & 119:  
v. 50, 88. 170. *Matth.* 11: v. 28. De hac habitatione etiam in textu Jeremiæ  
loquitur Deus ille summus, ac docet quomodo nos per pœnitentiam con-  
trito corde & humili Spiritu eum colamus, ut feliciter regiones publico  
verbi præconio collustratas, inhabitemus. Discamus itaque.

*Quomodo ver à religione & antiqua regione feliciter frui  
possimus*: vot. *Psal.* 80: v. 15, 16.

Qvam Solemniter & publice hocce Dei mandatum proclamaret Jere-  
mias, patet ex c. 1: v. 1, 2, conf. 1er 6: v. 2 & 3 & v. 10. vid. die 4. 1680. Conc.  
2. membr. 1. cum usu suu, itaque & nobis omnibus & singulis dictum, re-  
quiri ad vitam in spiritualibus & temporalibus feliciter transiendam.

I. *Veram penitentiam*: v. 3. Sic dicit Dominus Zebaoth, Deus Israel:  
itaque mandatum hoc exciperent ut datum (1) a summo Domino, cui  
omnes creaturæ tanquam bene ordinati exercitus, parent, *Ezai* 1: 24. *Conf.*  
*Gen.* 2: v. 1 (2) ab eorum Deo. quem timere, amare, sequi deberent, *Deut.*  
6: v. 4, 5. primum proinde mandatum est, v. 3. bättren edert lefwerne och  
wåsende: *Bonas facite vias vestras, & opera vestra*, id v. 5. ad huc expref-  
sius illis injungit, *sed bonas faciendo bonas facite* (b. e. omnino emendate)  
*vias vestras & opera vestra*: per peccata corrupti homines vias suas,  
*Gen.* 6: v. 2 de qua corrüptione vehementissime concionatus est Jeremias,  
qvod viæ Judæorum fuerint scandalola, *Jer.* 8: v. 15. lubricæ, *Jer.* 23: v. 12.  
perversæ, *Jer.* 15: v. 1. *conf. Rom.* 1: v. 16, 17. plane itaque erat necessarium,  
ut per pœnitentiam vias redderent bonas, *Jer.* 20: v. 12. examinarent sua o-  
pera, *Jer.* 8: v. 6. qværerent viam bonam, *Jer.* 6: v. 16. quæ viarum emen-  
datio ut summe est salutaris, ita & maxime necessaria, quia præceptum e-  
rat Domini, *Jer.* 7: v. 23. interitum alias non poterant evitare, *Jer.* 6: v. 8.

& 18: v. II. erat autem sermo hic dirigendus ad Israeliticum populum, cui Deus sufficientem gratiam in emendationem hanc subministravit, Jer. 7. v. 25. & 31: v. 18, 19 sanctissima Dei voluntas postulavit, ut omnia cogitata, instituta & facta sua (hæc enim nomine viarum intelliguntur,) ad normam verbi divini dirigerent, Deut. 5: v. 32, 3. Esai. 30: v. 21. conversio quam toutes urget Jeremias c. 3: v. 12, 14, 22. hanc viarum emendationem includit, siquidem per contritionem damnarent vias priores peccaminosas, Jer. 4: v. 14. Jon. 3: v. 9, 10. & vera fide se ad Deum convertendo ingredierentur viam salutis, Esai. 26: v. 7, 8. & 35: v. 8. Acto. 16: v. 17. conciones primæ novi Testamenti emendationem hocce præconio postulabant: *Rectas facite vel complanate vias Domini*, Matth. 3: v. 3. Luc. 3: v. 4 s. ex Esai. 40: v. 3. sic ducimur ad Christum qui ipse via est, Job. 14: v. 6. fide per illum novâ & vivâ viâ tendimus ad coelum, Hebr. 10: v. 19 20. ambulamus in pretiosa charitatis via, 1. Cor. 12: v. 31. donec finem fidei obtainemus, 1. Pet. 1: v. 9 additur hic promissum v. 3. Så wil iagh boo! ic. Hebr. Et habitare vos faciam in loco hoc repetitur v. 7. så wil iagh ic. quod non nulli hic exponunt, & habitabo vobis cum in loco hoc, in terra quam dedi patribus vestris a. seculo in seculum. Duo itaque beneficia Deus pollicetur (1) securam in terra Canaan habitationem, ita clarissime explicatur Jer. 25: v. 5. sub habitatione vero etiam rerum necessiarum copia comprehenditur, 2. Reg. 18: v. 31. Esai. 65: v. 21, 22. Zach. 3: v. 10. (2) Conservationem vere religionis, hanc ex intentione Dei promitti patet; ex postulato sincero cultu, v. 4. & quod Deus possessionem terræ Canaan & sacrum cultum conjunxit, Psal. 46: v. 5, 6. & 87: v. 2, 3. & 132: v. 13, 14, ex qua Dei præsentia omnigena felicitas speranda erat, Psal. 69. v. 37, 38. Mich. 5: v. 4.

II. *Cultum Dei divinorum sive non lucarum, ostendit Gudzienstl v. 4. förläter eder icke ic.* (Sensum exposimus hujus versiculi Con. 2, die 4. 1680. quem nunc paucis additis, repetimus,) ita habent verba: *Nolite confidere in verbis mendacijs;* a Pseudoprophetis saepe decipiebantur Judæi, Jer. 14. v. 14. & 23: v. 26. & 29: v. 31. verum hic mendacij nomine rei citur prava opinio a Judæis concepta, & jaetatio, vanaque gloriatio de immunitate ab omni periculo & cultus omnimoda perfectione ex externi templi dignitate, Jer. 4: v. 14. ita Propheta monstrat quomodo verba mendacij protulerunt dicendo: *hoc templum Domini, remplum Domini, templum Domini.* Verissime erat ibi templum quod sic digitis monstrabat ingessuris, Matth. 24: v. 1, 2. verissime erat illud Templum Domini, Jer. 7: v. 10, 11. sed tamen mendacium proferebant, quando templi præsentiam & exteriorem cultum, sine interiori & seria pœnitentia putabant Deo satis esse & placere, Jer. 7: v. 8. Mich. 3: v. 10, 11. menda-

541.

mendacium quippe vocatur verborum vanitas, quā alios fallimus, Jer. 2: v. 32. ter vero templum in hac exprobatione nominat, non tam propter tres primarias templi partes, nec quia ter qualibet anno solenniter illud frequentabant : Deut. 16: v. 10: sed ut tria repetitio alias singularem affectum denotat. Jer. 22: v. 29. Apoc. 8: v. 13. ita Jeremias insigni fervore reprehendit pravam illam securi populi & falsorum prophetarum frequentissimam iactationem, qua in ore semper habebant templum illud præstantissimum, quasi illud in se spectatum sufficeret ad omnia mala avertenda, scilicet. Deum nunquam ab illis discessurum, siquidem hoc templum unice in mundo illi consecratum erat. Magna quidem templi erant privilegia. Dei nomine ea promisit David, Psal. 132: v. 13, 14. petit eorum confirmationem Salomo, 1. Reg. 8: 13, 29, 30. 44, 48, 49 dedit eam Deus, 1. Reg. 9: v. 3. sed expresse verbis clarissimis necessitatem observandi mandata divina ut connexum indivisum ut antea monstravit, 1. Reg. 6: v. 12, 13. Et post exigebat, 1. Reg. 9: v. 4, 5. Rotunda combinatione declarans, nullam fore templi ejus aut dignitatem aut securitatem, nec illis ex eo aliquam aut incolumentem, aut utilitatem, si se a Deo averterent, si mandata ejus non custodierent, si in Deo deserendo pergerent. NB. 1. Reg. 9: v. 6, 7, 8, 9, &c. ut in alijs eadem erat conditio, Psal. 89: v. 31, 32, 33. jam tempore Jeremiæ, non tantum voluntaria consuetudine peccabant, Jer. 7: v. 16, 27, 28. Sed & in ipsa licentia peccandi, ex nuda præsentia in templo veniam quasi mereri volebant: ita enim verba mox post textum sec. Hebr. sonantv. 9. willien i stiåla/ mörda och boola / svärja falskt/ ic v. 10 ochså kommen i och ståånt fram för mig i hesho Huuse ic. conf. Jer. 1: v. 16. Talis confidentia hominum vana in templo, mendacium, v. 8 quia directè erat contra mentem & institutum Dei. 2. Chron. 7: v. 17-22. qui verum & sincerum non hypocriticum cultum postulat, Ps. 69: v. 32, 33. Esaï. 1: v. 12-18. Hos. 6: v. 6. & sic nec templo, quo sic abutebantur parcere e velle Jer 7: v. 13, 14, 15. exemplo sublati cultuse Silo, v. 12. ostendit, conf. 1. Sam. 4: v. 4, 11, 12. Ps. 78: v. 60, 61. ac eventu ipso, horrendâ poenâ, illos idem circa templum Hierosolymitanum experiri fecit, 2. Reg. 25: v. 9. Tbr. 2: v. 7.

III. *Vita integratæ*, hanc ut fructum veræ pœnitentiae, de qua membro I. & comitem cultus diuinitatis, de quo membr. II. semper requirit Spiritus Sanctus, Amos 5: v. 14, 15. Matth. 3: v. 8. 2. Pet. 1: v. 3. seqq. ita & hic novæ obedientie actus varios requirit: (a) amorem justitiae, v. 5. at i gören hvar annan rått/ Hebr. Sed faciendo facieri, (b. e. omnino faciet) judicium inter virum & proximum ejus, h. e. inter unumquemque, ex æquo juste & sine alicujus personæ respectu: illud dicit ista:

578

*Dilectio*

*Cordam invictum*

*Citatio*

*Ad afflictionem*

*boni & peregrini*

*Idololatria*

dicabitis: gravis est Dei querela de injustitia, inter populum ejus, *Jer.* 5: v. 1, 28. *conf. Esa.* 5: v. 23. *Amos* 5: v. 7. *Mich.* 3: v. 1, 2, 9, 10. i. quam præcepto hoc divino tollere vult Propheta, hic & *cap. 22:* v. 3 ubi eadem fere verba occurrunt quæ hic in textu vid, etiam v. 1, 14, 15, 16. & sæpius per alios justitiæ præcones, hæc sanctissima Dei voluntas inculcatur, *Exod.* 21: v. 1. *Deut.* 16: v. 18, 9, 20. & 25: v. 1. *Prov.* 21: v. 3, 15. *Esa.* 32: v. 1. *Ezek.* 18: v. 5-9. *Zach.* 8: v. 16, 17. (*B*) *Defensionem misericordia*: v. 6. och gören fremlingenom! them Faderlösa och Ängelorne intet öfverväld! Horum enim ut aliorum hominum ope defitorum, & oppressioni plerumque obnoxiorum curam & tutelam Deus in se suscipit, *Exod.* 22: v. 21, 22, 23, 24. *Deut.* 10: v. 8, 9. & 24: v. 19, 20 & 26: v. 13, 14. *Psal.* 68: v. 6 & 146: v. 9. *Esa.* 1: v. 17, 21. *Jer.* 49: v. 1. *Zach.* 7: v. 10. &c. & injurias peregrinis, orphanis & viduis illatas inter capita-llia scelerata numerat, ac ut justissimas punitionis caussas allegat, *Deut.* 27: v. 19. *Psal.* 82: v. 4, 5, 6. *Esa.* 1: v. 23, 24, 25. & 10: v. 1, 2, 3. *Jer.* 22: 3, 4, 5. *Malach.* 3: v. 5. (*G*) *Vicitationem cædium innocentium*: Och vthgiuter inter öfhylligt Blodh i theho Rume! nec in civitate Jerusalem, v. 6. nec in terra hac vobis concessa, *Num.* 35: 31, 33, 34. gravissima accusatio contra Judæos, *Jer.* 7: v. 9. *conf.* 2. *Reg.* 21: v. 16. *Psal.* 106: v. 38. *Esa.* 59: v. 7. cui peccato horrendo evidentissimam legem Deus opposuit, *Deut.* 19: v. 10, 13. & 26: 25. *Jer.* 26: 15. *Syr.* 26: v. 5, 6, 7. & durissimis poenis illud punivit, 2. *Reg.* 24: v. 3, 4. *Joël.* 3: v. 19. *Mattb.* 23: v. 35. (*D*) *abstinentiam ab omni generis idololatria*, v. 6. och följer icke andra Gudar effter fere in nullum peccatum fuere procliviores Isräelitæ quam in idololatriam, *Jer.* 2: v. 26, 27, & 5: v. 19. *conf.* *Exod.* 32: v. 1, 2, 3. *Ieg.* *Num.* 25: v. 2. &c. a quo gravissimo peccato Deus eos abstrahere voluit, frequentissimis prohibitionibus & comminationibus. *Exod.* 20: v. 3, 4, 23. & 34: v. 14, 17. *Deut.* 6: v. 14. & 11: v. 16. &c. sed & durissimis poenis, *Deut.* 4: v. 16. & 7: v. 3, 4. *Jos.* 23: v. 16. &c. ideo emphaticè hic additur, til eder egen Skada. Deo non nocere potestis, sed vobis maxime est nociva idololatria, *Jer.* 7: v. 19, 20. Dei enim iram & Zelotypiam provocat, *Deut.* 32: v. 16-22. &c. inde spirituales & corporales poenæ, tandemque impœnitentes aeterna mors manet, *i. Cor.* 6: v. 9, 10. *Apoc.* 14: v. 9, 10, 11. & 21: v. 8. & 22: v. 5.

*Ilus*: Singulari & nunquam satis deprædicanda Dei clementia, quod nobis in patria, unice vera religio & pura Evangelij prædicatio concessa sit jam ultra sesquicentum; Ac vix est regnum vel imperium al iud, quod veteres suas sedes per tot annorum millia servavit, ac limites suos novis incrementis ea gloria & justitia dilatavit. Suos itaque subdi-

549  
78

tos hocce Jeremias textu excitare vult S.R. Maj. tas, ut discamus quomodo  
tantum beneficium in spiritualibus & temporalibus diuturnum nobis  
reddanus; vera scil pænitentia, contritione & fide. serio nos conver-  
tendo a vijs nostris malis Esaj i: v. 19, 20. (vide de pænitentia & aliis,  
priorum annorum homiliae NB. Conc. 1. die 3. 1675. Conc. 1. die 1. &  
Conc. 2. die 2. & Conc. 1. die 3. 1676 Conc. 1. die 1. 1678. Conc. 2. die 1.  
1679.) sed imprimis nos doceat hic textus vitare cultum hypocriticum:  
prolixo hoc in usu ad membr. 2 Conc. 2. die 4. 1680. monstratum: &  
quia intra hoc lustrum, a quo hanc audivimus Jeremias concessionem, Im-  
mane crevit, in pace clementissime data, securitas supina, ac in illa fal-  
sa persuasio, & inanis gloriatio, qua multi in impietate sua, tantum ex-  
terna religionis Evangelica professione, vel frigido ejus exercitio, se  
sanctos esse putant, plane similes Laodicensi, Apoc. 3: v. 15, 16, 17. Post-  
quam Deus ante quinquennium aliquot annorum bello nos ad resipiscen-  
tiam ducere voluerat, gravia ejus judicia vidimus contra Ecclesias Evan-  
gelico Lutheranas in Silesia, Hungaria, Alsatia, & alibi, memineri-  
musque verborum Petri, 1. Pet. 4: v. 17. illa & similia gravissima judicia  
aliter avertere non possumus, quam ut ambulemus digne Evangelio Chri-  
sti. Phl. 1: v. 27. Coll. 1: v. 10. NB. Job. 12: v. 35, 36. Ast secundum  
verba Jeremias tunc confidimus mendacio, si dicendo: apud nos est E-  
vangelica Ecclesia, purissimus Christianismus, Lutheranus nos soli  
sumus dilectissimi ejus cultores, & in hac gloriatione nulla nobis cura  
de vita Evangelica, sed magis agimus epicuream per erando, Deum  
blasphemando, innocentes traducendo, impuris cupiditatibus indulgen-  
do, id enim omne a spiritu immundo. Nulli fidei Christianæ fructus,  
Gal. 5: v. 6, 12, 23 Nulla in Deum fiducia, sed in adversis mox ad media  
illicita recurrimus; fide dicimus nos impetrare peccatorum remissionem,  
sed nunquam pugnamus contra peccata, nunquam ea serio detestamur,  
non cogitantes hæc duo esse coniuncta: in Christo iisse, & secundum  
spiritum vivere, Rom. 8: v. 1. quasi nihil ad nos pertinenter monita  
Dei, Rom. 12: v. 1, 2. Cor. 5: v. 15. & 7: v. 1. 1. Thess. 4 v. -7. Hebr.  
12 v. 1, 4. Et. sed pro Christianismo regnat gentilismo peior impietas tot  
execrationes & horrendæ nominis divini profanationes, tot litigia, sa-  
pe vana, semper impio fervore agitata, tot helluorum & potatorum  
monstra in vastis orientalis mundi partibus, paganismo vel Turcismo oc-  
cæcatis, non inveniuntur ac in una orbis Christiani regione. Plane in no-  
stra tempora quadrat querela Pauli, Roma. 3: v. II-18. 2 Tim 3: v. 1, 2.  
experiçimini ergo V. D. ministri juxa illud, Ezech. 33: v. 7 seq., tenete  
quod dicit Apostolus, 2. Cor. 6: v. 3 & cavete illud, Ezech. 34: 2, 3, 4. &c.

P. 42  
(Quomodo etiam inter nos sit amor iustitiae, charitas erga omnes, prae-  
primis erga peregrinos, orphanos & viduas: quomodo vitanda ca-  
des, imo quavis odia innocentum; de fiducia in Deum unice collocan-  
da & rejiciendo omnium cultu idololatrico, & que alia in vita emenda-  
tionem faciunt ex varijs homilijs priorum annorum petatur, & repeata-  
tur ex Con. 2. die 4. 1680. iuste zelo proratione cuiusvis Ecclesie &  
auditorum applicetur) conclusio ex Tit. 2. v. 11-15.

### CONCIO III.

Parasceve: Hos. 14: v. 2, 3. Summa Dei bonitas qvod ab ini-  
lici peccatorum via nos retrahere vult, gratiam pollicetur. v. 5. & v. 3.  
verba precum ori & cordi nostro ingerit, quibus remissionem peccato-  
rum & gratiam impetremus, Rom. 8 v. 26, 27. (vid. Conc. 1. die 4. 1680.)  
Primo hujus diei textu poenam denunciavit Haggai, altero causas poenæ,  
& modum evitandi eandem ostendit Jeremias: tertio itaque hocce de-  
precationem nos docet David, & quia eadem verba confessioni in Eccle-  
sijs nostris receptissima: Varmhertige Gudh: c. inserta sunt, disci-  
mus eam formulam nobis traditam esse, ut illa altera, Hos. 14: v. 3.

### TEXTUS, Psal. 79: v. 8, 9.

**E**xord. Esaj. 25: v. 9. est v. 6. & 7. elegans prophetia de vocatio-  
ne gentium, & donis gratiae oblatis in Novo Testam. & de fideli-  
um felicitate morte devicta, v. 8. conf. 1. Cor. 15: v. 54. seqq. itaque  
v. 9. compellant Salvatorem Jesum: Sij det är vår Gudh: Titulus  
Meliae omnino tribuendus, v. 1. Es. 35: v. 4. Job. 20: v. 28. Rom. 9: v.  
5. Liberator expectatus & desideratus, then wü förbiude/ quod hic bis dicitur,  
Gen. 49: v. 18. Psal. 14. v. 8. Esaj. 45: v. 8. och han skal helsa os.  
Salutem adferet is qui ex eodem hoc verbo dicitur Jesus, Matth 1: v. 21,  
at wü skole-- i hans Saligheet / iterum verbo Jeschua indicatur ea salus,  
quam Christus afferit, in qua quoque exultandum, Psal. 118: v. 23, 24. Luc.  
1: v. 47. Phil. 4: v. 4. In textu similis in Deum fiducia propter nomen  
Dei & salutem in eo querendam, videamus itaq; orationem expetentem.

I. Misericordem peccatorum condonationem.

II. Salutis desideratissima collationem:

III. Nominis divini in usq; celebrationem.

Votum. Psal. 130: v. 5: 7, 8.

Psalmus 79. continet patheticam populi Dei querelam de hostium  
irrueentia, vid. exposit. Psal. vernac. part 2. pag. 203. seqq. & ut iram  
Dei avertant fideles implorant,

I. Mise-

I. Misericordem peccatorum condonationem, v. 8. Tunc ictus  
Deo omniscio nihil unquam excidere potest, ideo ingenui peccata con-  
tendo, orat ne Deus illorum recordetur vindicandi animo, ita Psal. 25:  
v. 7. & 103: v. 9. Esaj. 43: v. 25, Ezek. 18: v. 22, recordari a peccato-  
rum dicitur Deus, cum ea punit, Psal. 137: v. 7. Jer. 14: v. 10. Hos. 8: v. 13.  
& 9: v. 9. remissio itaque peccatorum consistit in non imputazione, Ps.  
32: v. 2. Jer. 31: v. 34. Wåra förra misgerningar/ reos se agnoscunt mul-  
torum peccatorum tam in adolescentia & juventute ab ipsis commisso-  
rum, Psal. 15: v. 7. conf. Gen. 8: v. 21. Hiob. 13: v. 26. quam a majori-  
bus suis perpetratorum, quæ non raro in posteris plectuntur, Exod. 20:  
v. 5. Jer. 32: v. 18. Thren. 5: v. 7. conjunguntur ex justitia Dei, Levit.  
26: v. 40. & in simili confessione, Jer. 3: v. 25. Condonationem vero  
petit a Deo misericorde förbarma tigh öfwer os snarliga/ Hebr. festina, præ-  
veniant nos miserationes tue; simul indicatur summum & præsentissi-  
mum periculum, e quo ut liberarentur festinam Dei opem requiri osten-  
dunt, ita Psal. 38: v. 23. & 40: v. 13. &c. verum illam nullo suo merito  
provocari posse fatentur, sed anteverunt eos miserationes Domini: ita  
de præveniente gratia in Hebr. Psal. 21: v. 4. & 59: v. 11. &c. in plurali  
vero dicuntur misericordia, propter illarum copiam & magnitudinem.  
2. Sam. 24: v. 14. Psal. 25: v. 6. & 40: v. 11. & 51: v. 3. & 103: v. 11. miser-  
riam excitantem Dei miserationes proponit, th wñ åro fast fattige wordne/  
quia ex hæsti sumus valde, verbuu Hebr. adhibetur de attenuatione &  
exsiccatione fluviorum, Esaj. 19: v. 6. exponitur, når iagh nedre ligger/  
Psal. 116: v. 6. swårliga plågad/ Psal. 142: v. 7. brista/ Esa. 38: v. 14. con-  
queruntur se attenuatos, ut Luth. vertit, omnesq; vires tum animi tum  
corporis exhaustas esse, 2. Sam. 13: v. 4. Esaj. 17: v. 4. & tamen est populus  
Dei, E/aj. 64: v. 8: 9. nomen Hebr. ex illo verbo descendens occurrit de  
extremè pauperibus, Psal. 41: v. 2. & 113: v. 7. Prov. 10: v. 15. & deni-  
que ut tanto certius obtineant remissionem, addunt, v. 9. och förlåt os  
wåra Synder/in Hebr. respectus est ad propitiationem factam per Chri-  
stum, Rom. 3: v. 24, 25. 1. Joh. 2: v. 2. & 4: v. 10. siquidem Psaltes eo  
vocabulo utitur a quo propitiatorium denominabatur, Exod. 25: v. 17,  
18. per Christum a. testa & expiata sunt peccata nostra, Dan. 9: v. 24.  
siquidem is solus in veteri pariter & in Novo Testam. est caussa meritoria  
remissionis peccatorum & salutis nostræ, Att. 15: v. 11. Hebr. 13: v. 8.  
Apoc. 13: v. 8.

II. Salutis desideratissime collationem: v. 9. Hjelp tu os. est au-  
xilij verbum usitatissimum & plerumque de tali, quod a solo Deo præstari  
potest, intelligitur enim de virium & bonorum collatione in adversis,

559.

Gen. 49: v. 25, 2. Chron. 14: v. 11, 12. & 25: v. 8. & 32: v. 8. frēs os̄. eripe nos, remove a nobis prementia mala, quod de liberatione a præsentissimo periculo, & gravissimo malo, itidem adhibetur, Exod. 3: v. 8. 1. Sam. 12: v. o. Psal. 86: v. 13. & 14: v. 7. &c. verum auxilium & liberacionem à Deo salutis nostræ, expetunt. O wår Saligheek Gudh ic. idem suspirium, 1. Chron. 17: v. 15. Heltos Gudh ic. Psal. 24: v. o. & quoniam salus per & propter Christum nobis data, 1. Cor. 1: v. 30. is Saligheek Hößdingel Hebr. 2: v. 10. & a nullo alio, Ad. 4: v. 12. proinde eam respicit David, dum simul cum peccatorum remissione auxilium & liberacionem petit, NB. Psal. 51: v. 16. &, Gudh wår Saligheek, Psal. 65: v. 4, 6.

III. Nominis divini in utroque celebrationem, Deus in sanctissimi sui nominis gloriam peccata remittit, Psal. 130: v. 4. & in eandem salutem hominibus offert, fidelibus que confert, Esa. 59: v. 19, 20. ideo ut argumentum præprimis movens, dicit: sör tins Namyns Ahra skull pijs & fideles nomen tuum extollent & celebribunt & omnes in universum gentes, quæ tanta gratia & potentia tua opera vident, in admirationem & venerationem nominis Tui exitabuntur, rapienturque: Deus enim ipse propter gloriam sui nominis, populum suum elegit, & conservat, 1. Sam. 11: v. 22. 2. Sam. 7: v. 23, 26. Psal. 8: v. 7, 10. Esaj. 48: v. 11. & 63: v. 14. E contra si ope destituti relinquerentur homines temerario iudicio dicerent: Deum esse impotentem, vel immisericordem, Num. 14: v. 13, 1: 16. Deut. 9: v. 28. Joël. 2: v. 17. &c denuo addit sör titt Namyn skull quoniam novit Deus peculiari zelo gloriae suæ velificari, Psal. 79: v. 10. & 11: v. 1, 2. ideo idem altera vice repetit: est enim palmarium argumentum in oratione de peccatorum condonatione, Psal. 25: v. 11. Esaj. 43: v. 15. NB. Jer. 14: v. 7.

Ihsus: ut sunt illi duo cardines salutis nostræ, misericordia Dei Patris, & meritum salvatoris Christi, ita ut poenæ mitigentur, seria penitentia peccatorum ablationem orabimus propter Dei misericordiam, Ezek. 33 v. 11. Dan. 9 v. 9, 16, 17, 18. Mich. 7: v. 18. & Christi meritum, Job. 3: v. 16. & 6: v. 40. Gal. 2: v. 16. 1. Tim. 1: v. 15. etc. Summa hujus Psalmi, a non nomine ponitur: *Preces contra Turcam*: ad id itaque respicit dubio procul, S. R. Maj. 14: v. 1, cum altero die poenitentiali, optimum modum pellendi immanem istum Christiani nominis hostem, nobis monstrat, scil. devoto & poenitenti corde Deum adeamus, Luc. 15: v. 18. seqq. & cum Pater coelestis clementer in Christo remittit debita nostra, Ephes. 4: v. 32, Collos. 3: v. 13. etiam ab illo erit nobis abundans gratia, Joh. 1: v. 17. Rom. 5: v. 1. (diducatur ex LL. CC. de penitentia & de precibus, & ex homilijs priorum annorum. NB. Conc. 1. die 1. . 1676. Conc. 1. die 3. & Conc. 1. die 4: 1682. etc.) Conclusio ex Psal. 79: v. 13,

Die

Parascepe; Thren. 3: v. 26, 27. Tria faciamus respectu Dei (1) hoppas vel wántal Psal. 40: v. 1. Esai. 8: v. 17. & 30: v. 18. (1) fråga/ Psal 24: v. 6. & 27: v. 8. & 105: v. 4. (3) Foligen hoppas HENRANS hielp/ Hebr. bonum quod quis expectat quiete, salutem Domini, Gen. 49: v. 18. Psal. 119: v. 174. Quicquid expectatio necessaria est, Thren. 3: v. 27, 28. Psal. 123: v. 1-4. & utilis, Exod. 14: v. 13. Esai. 30: v. 15. Thren. 3: v. 29. idem docet textus, (sat præp.)

## TEXTUS, Psal. 33: v. 20, 21, 22.

**E**ord. Esai. 26: v. 8, 9. usque ad, vp til tigh / Tripliçem Fidelium in Deum affectum exprimit, (1) Wánta efter tigh. Esai. 25: v. 9. & 33: v. 2. & 64: v. 4. på fins råg mödg : id in Nov. Test. de salutari doctrina Evangelij, intelligendum, per qvod veram Justitiam discimus, ut hic v. 9. Tit. 2. v. 11, 12, 13, 14. vid B. Luth. & Vinar. ad b. l. (2) hierans lust/ H'ob. 22: v. 26. Psal. 31: v. 11. & 44: v. 19. Esai. 64: v. 5. (3) Aff hiertat be- gärtar-wakar til tigh! Psal. 42: v. 2, 3. 4. & 63: v. 2, 3, 7. & 119: v. 48. 62. 148. Prov. 8: v. 17. Cant. 3: v. 1. Primum textum primi diei habuimus de fiducia in Deum collocanda, jam & tertio hocce die ex primo textu meditatione festiva exhibendum.

## Trifolium fidelium in quo

## I. Expectatio svariſ. II. Gaudium dulce. III. Fiducia jucunda.

Votum, Psal. 36: v. 11.

Opera gratiæ divinæ, qvibus pios istos in fidelibus affectus excitat, toto Psalmo 33. recersentur, NB. v. 18. 19. seqvitur.

I. Expectatio svariſ. Wår Siål wántar; verbum Davidis Hebr. hic vehementissimum desiderium uotat, ut in jam allegatis, Esai. 8: v. 17. adde Habac. 2: v. 3. Zeph. 3: v. 8. ubi Hebr. & Luth. måste j och bjuda mig : est /pavis expectatio, Dominum expectat anima, de eo autem, Psal. 34: v. 9. 1. Petr. 2: v. 2. 3. & qvidem ut wår hielp! Deut. 33: v. 26. Psal. 27: v. 9. & 12: v. 2, 3. och wår stöld/ Psal. 3: v. 3. & 7: v. 11. & 8: v. 3, 31, 36. & 28: v. 7.

II. Gaudium dulce, non fictum & externum, sed internum th wårt hierta gläder tigh! Psal. 13: v. 6. & 19: v. 11. 14. Job 16: v. 22 non vanum & evanidum, sed firmum, qvia in Deo: aff honom/ Hebr. in illo, 1. Sam. 2: v. 1. Luc. 1: v. 47. conf. Psal. 30: v. 12. & 100: v. 1. Esai. 12: v. 6. & 61: v. 10. Habac. 4: v. 18. Zach. 9: v. 9.

III. Fiducia jucunda, Och wår hoppas! se exhilarat, & sustentat expectantem spes & fiducia, Eccles. 9: v. 4. Rom. 5: v. 4. sed tanto magis

dum nititur (1) Nomine Dei Sancto, på hans helga Mattpni speramus in nomen sanctitatis ejus, h e. in Deum ipsum sanctissimum, & summe venerandum, Psal. 20: 2, 8. & 44: v. 6. & 52: v. 50. & 54: v. 3 Prov. 18: v. 10. Esai. 50: v. 10 Zeph. 3: v. 12 etc. (2) Dei bonitate: tñ godh et HENRE mare ñsver os: quando pij spe & fiducia in Domino recumbunt firmiter & indefinenter, etiam constans in eos erit ejus bonitas, Neb. 9: v. 25. Psal. 17: v. 7. Et 25: v. 10. Et 31: v. 17, 20, 21. Et 36: v. 6, 8. Et 40: v. 11. Et 52: v. 25. Et 57: v. 4, 11. Et 69: v. 15. Et 147: v. 11. Esai. 63: v. 7.

Quæ ad hunc textum breviter notaæ sunt suppleri possunt ex enarrat. vernac. Psalt. part. i. pag. 29 s. seq. Et Conc. i. Die 4. 1683. ad hunc eundem textum.

## CONCIO II.

Parasceve: Hiob. 3: v. 14 Se ipsum alloquitur Hiob dum justitiam & potentiam Dei in irrogandis poenit reveretur; est Deus vindicta omnificus. Psal. 44: v. 22 similis interrogatio Esai. 10: v. 3. & siquidem in textu hoc altero, dura habetur responsio, nos contrito corde prius respondebimus ex Mich. 7: v. 9 nosque precibus paremus Dan. 9: v. 18, 19. vid. Con. II. die 3. 1677. Et Conc. i. die 3. 1682.

## TEXTUS Jer. 21: v. 14.

**E**xord. Prov. r. v. 31. duplici similitudine justitia & copia poenarum declararū: (1) Utā aff̄ s̄ns wāsendes fructū de fructu via sue malā opera, qvæ seminum ad instar ab illis sparguntur, foventurque in venenatos tandem ejusmodi fructus maturescunt, Deut. 32: v. 32, 33. Prov. 22 v. 8. op̄stāre aff̄ Röster ic. Gal. 6: v. 7, 8 eritque hac infelix messis copiosa, ut inde comedant, comestaque deglutiant, Prov. 18: v. 20. (2) Aff̄ sin ståd mātte warda: pravorum consiliorum effectis, Jer. 7: v. 24. H. f. 11: v. 6. ad nauseam & vomitum usque opprebuntur, Thren. 3: v. 15. Habac. 3: v. 16. NB. Num. 11: v. 20. 33, 34. Sic in textu, gerningars fructū qui interitum secum dueunt: itaque videbimus ex hoc textu.

I. Malum immitterent II. Malum promerentes, III. Malum consumens.

Votum. Psal. 74: v. 1, 2.

Continet hoc caput 21: durissimā concionē Jeremiæ, eamq; responsoriam ad interrogationem Regis Zedechiæ, v. 1. occasione summi periculi, cum Jam ultima vice Rex Babel obſedisset urbem Jerusalem: dura prædictit Prophetæ Regi & populo simul, v. 3, 4, 5, 6, 7. deinde populo in genere, v. 8, 9. & tribui Iudaicæ in specie, v. 11, 12, 13. Idenque civitati Jerusalem speciatim, v. 10, 14. in textu proinde spectatur.

I. Ma-

I. *Malum immitens*: Est ille Deus omnipotens & Justissimus: Rex sententiam Dei postulaverat, v. 2. itaque nomine Dei ista omnia denunciavit Jeremias, v. 4. nomen Domini saepius repetit, v. 7, 8, 11, 12, 13. & bis in textu: *Jag/ ságer HÆren/ Jag*; pœnae irrogationem vocat hemisphæria: visitare autem dicitur Deus dum punit, quo indicatur cum non temerè & sine causa immittere mala, sed quasi per visitationem inquire in culparam, *Gen. 18: v. 21.* & in visitatione præsens dirigere castigationes: sic occurrit eadem phrasis, *Psal. 59: v. 6. & 89: v. 33. Esaj. 24: v. 21. & 26: v. 14, 21. Et c.* & frequentissime apud hunc Prophetam, *Jer. 5: v. 9. Et 6: v. 6. Et 8: v. 12. Et 13: v. 2. Et 36: v. 31. etc.* inde visitationis tempus, *Jer. 46: v. 21.* visitationis dies, *Exod. 32: v. 34. Esaj. 10: v. 3.* visitationis annus, *Jer. 1: v. 23. Et 23: v. 12. Et 48: v. 44.*

II. *Malum promerentes*: Judæi & Israëlitæ, incolæ terræ Canaan, Hierosolymitani & cuncti inter eos operantes iniquitatem, quia Deus visitat effter dera gärningars frucht/ *Mich. 7: v. 13* ut id in Judicio gratiae, *Esaj. 35: v. 10.* ita etiam Dei Justitia in genere hoc poscit in pœnis irrogandis, *Psal. 28: v. 4. Et 62: v. 13. Jer. 17: v. 10. vid. Conc. 2 die 3. 1682: NB.* *Jer. 6: v. 19. Et 32: v. 19. Thren. 3: v. 64, 65, 66* qvomodo propter peccata populi tunc temporis Dei ira accensa fuerit, conciones Jeremiæ satis superq; ostendunt, proxime ante textum de neglectu Justitiae, v. 12 de idolatria, *Jer. 2: v. 27, 28. Et 7: v. 18, 20. Et 16: v. 18* etc. nominis divini profanatione, *Jer. 34: v. 16. Et 44: v. 16, 27.* Sabbathi violatione, *Jer. 17, 21, 22, 23.* de asopyria *Jer. 12: v. 6.* cæde innocentum, *Jer. 6: v. 7. etc.* adulterijs & scortatione, *Jer. 5: v. 7, 8.* furto. *Jer. 7: v. 9.* hoc modo per longe plures peccatorum species demonstrari potest, quam infelices *fructus ruelunt opere* Judæorum: ideo lecuta rigida visitatio, *Jer. 23: v. 2.*

III. *Malum con/umens*, horrendum incendum. *Jagh skal vp- renda en Geld ythi eder Slog/ sc.* Nonnulli exponunt de arboribus & lucis in qvibus cultum idololatricum exercebant, *Jer. 3: v. 2.* alij de minoribus urbibus, circa Jerusalem sitis, ut rami circa arborem, *Jer. 19: v. 15.* rursus alij de sylva Libanon accentia, *Ez 4: 37: v. 24.* receptissima est sententia, Deum in excidium urbis per truculentos hostes, immisurum ignem in splendida palatia & ex lingo Libanon egregie extractas ædes, *Jer. 22: v. 7, 23.* quæ densa congerie positæ erant, instar sylvæ, *Zach. 11: v. 1, 2.* ita explicari potest locus similis *Esaj. 10: v. 17, 18* comminatur Deus hoc incendum, *Jer. 17: v. 27.* & tristi executione immissit, *Jer. 52: v. 13, 2.* *Reg. 25: v. 9, 20.* *Chron. 36: v. 19.*

*Usus*: Deum per transgressiones ad iram provocatum pœnas immittere, & non exco calu venire mala sive communia sive singularia, ex Conc. 1.

die 2<sup>o</sup>

diē 2. hujus anni didicimus, adde Amos 3; v. 6. Qvævis enim calamitas  
Deo dirigente acceleratur, vel ut puniat inobedientes, vel ut castiget & ad  
resipiscentiam ducat convertendos, Jer. 30: v. 11. & si non pepercit populo  
Iſraēlitico, nec impunitos relinqvet prætractos inter nos legis suæ ianctæ  
violatores, Rom. 11: v. 21, 22. NB. Luc. 13: v. 6, 7, 8, 9. & ad h. l. Con. 3: die 2.  
1683 ideoque imminentibus malis cogitemus, quorum operum fructus  
sint? qvibus peccatis tales promeruimus poenas? timeamus visitaturum  
Deum, & tempestive revertamur à viis nostris pravis, ut is elementer des-  
stat ab ira sua, Jer. 18: 7, 8, 9, 10, 11. vid. Conc. 2: die 1. 1684. nam si pec-  
cati mensuram adimplemus, certo veniet exitium, Ezek. 21: v. 5.  
Poenitenti animo cogitemus, quæ mala sint qvæ iram Dei accidunt,  
ne ille rursus consumens incendium inducat. Magno quippe nostro  
malo per hos proxime elapsos annos, experti sumus, quomodo etiam  
sine hostili vi conflagratae sint urbes, oppida solo & quata, villæ in cine-  
res & favillas redactæ, & quod vix nostra ætate antea factum, tot syl-  
væ & saltus, tot campi & agri insveto incendio adusti, gravi cum ruticolarum  
damno; nonne hic ignis, ut Exercitus depopulans, Dei iussa ex-  
equebatur? Sap 16: v. 16 19. Syr. 40 v. 35-37. Quod h. l. prædixerat  
Jeremias, tristi spectaculo contpleximus & cum horrore audivimus, jam  
ex textu cauſas, hujus mali & additas minas videamus, ut vitemus  
peccata quæ incendium secum trahunt justo Dei Judicio; igne & incen-  
dijs punit Deus Hypocrisij & alia vitia in cultu lacro, Ezek. 28: v. 18.  
Hos. 8: v. 14. Pejorationes & detestandas blasphemias, conf. Hiob. 1 v.  
5. (ubi benedicere notat maledicere) cum v. 16. clarius ignis infernalis  
denunciatur blasphemis, Jud. Epist. v. 14, 15. igne punit Sabbathi pro-  
fanationes, Jer. 17: v. 17. Ezek. 2: v. 8. cum v. 31. verbi & ministrorum  
Dei contemptum, 2. Reg. 1: v. 9, 10, 11, 12. Seditiones contra legitimum  
Magistratum: Num. 16: v. 3, 35, 49. inimicitias & odio accusa & ex-  
siccata corda, Ezek. 15: v. 6, 7. proxime ante textum nostrum nominatur  
violentia & injustitia, Jer. 21: v. 12. conf. Hiob. 15: v. 34, 35. impuritas  
qvævis contra præceptum sextum, & vitia Sodomitas imitantia, Ezek.  
16: v. 49. etiam Sodomæ ignes attrahunt, Ezek. 16. v. 41, 50. Judæ v. 7.  
deniq; omnis generis impietas, digna est hac poena, Hiob. 20: v. 26, 27 29.  
Holcfet som en Eldgmaati E/a/o 9: v. 18, 19. impij his varijs incendi, ge-  
neribus in tempore sunt consumendi, ac denique in æternum, nisi poen-  
tentiam egerint, urendi, Esaj. 66: v. 16, 24. Itaque in nomine Domini,  
quoniam hæc ex forre Gerningars Frucht, & exitium arborem manet,  
si sit sine fructu, Luc. 13: v. 8, 9. ideo jam in contritione ex vera fide Chri-  
sto inserti, Job. 15: v. 2, 5, 16. sâar rátesfârdigheet ic. Hos. 10: v. 1. Jac.  
3. v. ult.

557.82

3: v. ult. ut etiam metamus in spiritu, Gal. 6: v. 8. in nova obedientia,  
Matth. 3: v. 8. pleni fructibus justitiae, Jac. 3: v. 17. fructibus spiritus,  
Gal. 5: v. 12. ut tandem sancti, Rom. 6: v. 22. recipiamur in arcam Do-  
mini, 1. Sam. 15: 29. Matth. 13: 30. ( diduc, ex Conc. i. die 3. 1679.) Con-  
clusio votiva ex Phil. 1: v. 9, 10, 11.

### CONCIO III.

Hujus concionis textum expositum habes L. P. in Homil. 2. diei se-  
undi Anni 1672. quod tunc traditum est, iterum repetimus. Addi po-  
test enarrat. Psale. Vernac. part. 2. pag. 55. seq.

Paraf. Psal. 18: v. 30. appl. ad praesens tempus & Textum.

### TEXTUS, Psal. 60: v. 13, 14.

Exord. 2. Chron. 20: v. 6, 12, 13. fiat applic. ad textum, in quo observatur

#### I. Explicatio. II. Applicatio.

In I. Not. (a) horum verborum *occasio*, & quidem (a) *Ex Titu-*  
*lo, leg. 2. Sam. 8: v. 13.* quod autem hic nominentur tantum XII. millia  
occisorum, & 2. Sam. 8: v. 13. XVIII. millia, sic conciliandum est: nempe  
quemadmodum Joab & Abisai parti sunt inter se exercitum Davidis,  
2. Sam. 10: v. 10. ita uterque magnam partem hostium percussit, Joab in  
ipso congressu XII. & Abisai dum fugiebat hostis, VI. millia, (præter  
XX. millia abductorum & XXII. millia Syrorum, 2. Sam. 8: v. 4, 5.) vi-  
ctoria autem ad scribitur, *jam* Abisai, 2. Chron. 19: v. 12. *Jam* Joabo  
fratri, ut natu, ita & auctoritate majori, ut in hoc Psal. v. 2. *jam* Da-  
vidi, cuius auspicio bellum gestum est, 2. Sam. 8: v. 13. (b) ex vers. hu-  
jus Psalmi præcedentibus; ubi v. 3. 4, 5. videntur respicere statum tri-  
stem sub Saule, 1. Sam. 31: v. 1. seqq. & 2. Sam. 2: v. 8. seqq. versiculi autem  
sequentes; 6, 7, 8. &c. Statum feliciorem sub Davide, de quo statu, 2. Sam.  
8: \* &c. Quo tamen tempore nunquam tui erant ab hostibus, hinc erum-  
pit David cum Subditis in preces, ergo (β) *Precatio*, v. 13. *da nobis au-*  
*xilium in angustia, nam vana salus hominum.* verbo *da*, Deum allo-  
quitur, conf. v. 11, 12. in quibus versibus observandum est, omnes fere ver-  
siones heic exprimere per fut. τίς ἀπόλετος; quis deducet? τίς ὁδηγός; quis  
viam monstrabat? cum tamen per præterit. esset reddendum, qvod titu-  
lus inv. 2: indicat, (siquidem freqvens est in Ling Hebr. præcipue in Psal-  
terio temporis præteriti & futuri enallage) ut ergo Historia & contextus  
sibi constent sic juxta textum orig. reddenda sunt verba, v. 11. & 12. quis  
deduxit me ad civitatem munitam? quis mihi viam monstravit usq;  
ad Edomum (Edomæos) Nonne tu Deus, qui projecteras nos; (nimirum  
tempore Saulis) & non egrediebaris, Deus, cum exercitibus nostris, jam

ergo ex immensa tua misericordia, (juxta promissiones tuas, 2. Sam. 7: v. 5; & 8: v. 6, 14) fer auxilium, quia tu es auxiliator fortissimus, Psal. 74: v. 12. Ephes. 3: v. 20 conf. Deut 3: v. 43 fer auxilium in angustia h. e. si iterum ura cum subditis meis incidere in angustias: liquet enim ex v. 2. & ult. hujus Psalmi, Davidem, cum haec Domino cantaret, non fuisse coangustatum abs hostibus; timuisse tamen ipsos, cum fortes essent, & quasi in circuitu habitarent, cur autem auxilium divinum imploret, hanc addit causam, quia vana (juxta Hebr. mendax,) salus hominis i. e. auxilium humanum, quo salus & incolumitas mea regnique mei, sine ope Dei defendetur, q. d. sunt quidem populi circumiacentes, bene multi & animosi, cum quibus, ut tutior viderer, foedus esset ineundum; Sed tibi o Domine Zebaoth ingratum erit scio, leg. Deut 7. v. 3. imo minus mihi & regno proficuum: quia reconciliati hostes sunt saepius fallentes, quibus facile non credendum, I. Macc. 10: v. 45 addatur de amicitia tuata, ex Syr. 6: v. 6-13. (γ) Virtutis Divinae deprædicatio v. 14. in Deo (per Deum i.e. ope & virtute Dei, Ps. 28: v. 7, 8, 9. § 37: v. 39, 40 § 46: v. 2. seqq.) faciemus virtutem, h. e. egregia facinora edemus. Immota hic fruitur David, fiducia, quam habet ex victoria nuper obtenta, repetantur sup. dicta ex 2. Sam. 8. & conf. titulus hujus Psalmi, item, Ps. 18: v. 30 & ipse (Deus) conculcabit inimicos nostros, calcare & conculcare, phrasii scripture, idem est ac contemnere, Proverbi. 27: v. 7. item gloriose vincere & opprimere, ut h. l. conf. Deut. 33: v. ult. & Psal. 90: v. 13. seqq, per inimicos intelligit præcipue populos quos timebat, sive hostes tam apertos quam clancularios. leg. Psal. 17: v. 40, 48. Emphatica hic notetur & personæ & numeri mutatio. Faciemus dicit, h. e. ne simus tauri, manus demittentes q. Deus otiosos & labentes juvaret; Verum fortiter agemus, sed in Deo, ad exemplum piorum & fortium hominum, sic leg. Hebr. 1: v. 32, 33, 34. § conf. Syr. 46: § seqq. cap. faciemus dicit, victoria tamen non nobis sed Deo adscribenda erit; hinc non dicit conculcabit nos sed ipse (Deus) conculcabit inimicos nostros, reputatur ad huc illud Psal. 18: v. 30. & add. 2. Macc. 10. v. 38. quam ob causam exclamat David, Psal. 115: v. 1.

II. Appl. I. Ex (α) victoria, quam reportavit David abs hostibus, & tranquillitas, qua gaudebat dum hunc Psalmum Domino decantat & incertitudo tranquilli illius status occasionem praebuere horum verborum, v. 13. & 14. Quid autem nos dicemus de statu nostro? ad quem haec omnia quadrant, did. & in memoriam revocetur quid jam multis retro annis Deus patriæ nostræ præstiterit.

2. Ex (β) caveamus à peccatis irritantibus & provocantibus Deum ad poenas de nobis sumendas, quæ quidem variæ, Amos. 4: v. 6. § seqq. sed inter

inter cæteras poenas gravissimum est bellum, *leg. Amos 4: v. 10. Deut. 28: v. 49. seqq. Esaï 5: v. 24. seq. Jer. 51. v. 14. seq.*

Cum autem jam rumores spargantur non leves de belli apparatibus, nostrum est preces indefessas ad Deum fundere, quo à patria nostra avertantur belli pericula, (*did. Doctr. de precibus & earum efficacia apud Deum*)

Et si iusto Dei iudicio bellum nobis denuncietur, vel inferatur, vel justis de causis suscipiatur, sit spes nostra immota in Domino, *Jer. 17: v. 5. 7. did. ex sup. dictis, (Textus nimirum analysi)*

3. Ex (γ) speramus in Deum, & ipse metet ne simus segnes & pavidi, sed fortis in Domino, necessaria armatura instructi, &c. Et ubi requiruntur subsidia belli legitime suscipiendi ne simus morosi subditi, sed benevoli ad impensas faciendas, scientes periclitari patriam & omnium nostrorum salutem temporalem & frequenter æternam, ubi scil. religio infestatur,) oremus pro successu & pace &c. Ubi vero obtinetur victoria, prout sapientius obtinuimus, (*Deo sint laudes perpetuo dicta*) soli Deo acceptam fereamus, *did. ex sup. dict.*

**Die 4. (a d. 14. Augusti.)**

### CONCIO I.

*Paras. Psal. 145: v. 18. presentia Dei gratiola promittitur sincere & serio orantibus, erit enim oratio in veritate, Ps. 119: v. 145 ultimam hujus anni diem precū fiduciali textu inchoamus, & sic spe certa obsignemus preces, hisce diebus solemnibus & alias a nobis fusas. (Iat. preparat.)*

### TEXTUS. 1. Job. 5: v. 14, 15.

**E**xord. *Jer. 29: v. 12, 13, 14.* post denunciata m̄ 70. annorum captivitatem, Deus pollicetur liberationem, v. 10. addita consolatione, v. 11. in cuius certitudinem, benignam exauditionem promittit, v. 12, 13. *conf. Psal. 27: v. 8. exempla, 2. Chron. 20: v. 12, 21 &c. hæc & plura dicta exemplaque nos in precibus reddant spei ac fiduciae plenos, maxime vero textus noster in quo proponitur.*

**I. Orantis fiducia. II. Orationis norma. III. Orationis consequens. Votum Psal. 65: v. 3, 6.**

Summi articuli fidei sunt, quos dominus Johannes tradit & confirmat capite hocce quinto, & ut tandem ostendat applicationis medium, commendat fidem, v. 13. & inter fidei effecta ponit

*I. Orantis fiduciam, eamque duplēcēm (1) fiduciam exauditionis. quam emphatice quasi exclamando demonstrat, och detta är den Förstrostning ic ne quis fidem illam: qua in nomen filij Dei credimus, v. 13. æg 20 vel in fructuosam dicat, En! intam egregium & maxime saluta-*

560.

rem fructum erumpit, scil. fiduciam ad Deum, NB. Rom. 5: v. 1, 2. Ephes. 3: v. 12. 1. Job. 2: v. 28: (conf. Cone. 2. die 3. 1679. Cone. 2. die 3. 1682. Cone. 3. die 1. 1684. &c.) requiritur a. fiducia maxime in precibus: erit enim oratio fidei, Jac. 5: v. 15. sā hōrer han oſi tali fiducia oravit Abraham, Gen. 17: v. 17, 18. Rom. 4: v. 18-20. David, Psal. 34: v. 5, 6. ac totum Psalterium refertissimum est ejusmodi fiduciarum verbis, quibus ē gratia Dei, benignam sibi pollicetur exauditionem, Psal. 3: v. 4 & 9: v. 11, 12, 13, &c. urget hanc fiduciam vehementer Apostolus, Jac. 1: 6, 7, 8. (2) fiduciam consecutionis, v. 15. Och effter wā wete hafwom budit &c. talam fiduciam poscit Christus in orantibus, Matth. 21: v. 22 Marc. 9: v. 23, 24. & 11: v. 22, 24. impedit enim dubitatio rei desiderat consecutionem, Syr. 2: v. 14, 15. Jac. 1: v. 7 ingrata est Deo hæsitatio & inconstantia, Jac. 1: v. 8 credere autem debemus, quod Deus dare possit ad voluntatem ejus petita, Matth. 8. v. 2. Luc. 1: v. 37. & dare velit, Matth. 8: v. 3.

II. *Orationis normam*: scil. secundum Dei voluntatem, effter hans willia/ est a. oratio illa voluntati Divinae conformis, quæ (1) ea petit, quæ Deus petenda præscribit, Matth. 6: v. 9-13. Luc. 11: v. 13 (2) fit in nomine Iesu, Joh. 15: v. 16. & 16: v. 23, 24, 26. (3) gloriam Dei intendit, Joh. 14: v. 13. (4) fit cum ardore & affectu animi sincero, Joh. 4: v. 23, 24. & sine hypocrisi, Hos. 7: v. 14. (5) funditur corde submissio & mente humili, Gen. 18: v. 27: sine omni ostentatione, Matth. 6: v. 5. & loquacitate, Matth. 6: v. 7. & 23: v. 14. (6) In verâ penitentiae proposito, & studio, Joh. 9 v. 31 (7) constanter & assiduo, Luc. 11: v. 8, 9. & 8: v. 1. & 21: v. 36. 1. Tbeff. 5: v. 16. &c.

III. *Orationis effectum*: plane emphaticae loquitur Apostolus, tribuendo sic normatae orationi (1) benignam apud Deum exauditionem, v. 14. sā hōrer han oſi & v. 15. wā wete at han hōrer oſi chwad wā budit hæc fiducia & spes est anchora orantium, Psal. 20: v. 7. & 66: v. 19. (2) rerum petitarum possessionem, sā wete wā at wā the Wôner hafwa/ som wā hafive budit aff honom/ h. e. tam certi sumus de clementi precum nostrorum exauditione, ac si jam revera & ipso effectu possideamus, Matth. 7: v. 7. Marc. 11: v. 24. piorum precibus Dominus placatur, Esa. 55: v. 6. obtinetur Spiritus Sanctus, Luc. 11: v. 13. illuminatio, Ephes. 1: v. 17, 18. pax Dei, Psal. 4: v. 6: 7. coelum clauditur, & aperitur, 1. Reg. 17: v. 1. & 18: v. 42. conf. Jac. 5: v. 17, 18. sol sistitur, Jos. 10: v. 12, 13. retrogreditur, Esa. 38: v. 5, 8. pellitur diabolus, Ephes. 6: v. 18. Jac. 4: v. 7. reprimuntur hostes alij, 1. Chron. 32: v. 20, 22. morbi sanantur, Act. 18: v. 8. Jac. 5: v. 14, 15. estque præsentissimum subsidium & tutamen, in omnibus periculis, Psal. 34: v. 7. Act. 12. v. 4, 7. per preces fide subnixas impetramus remissionem peccatorum, Lue. 18: v. 13, 14. & salutem æternam, Jo. 6: 2: v. 32. Lue. 21: v. 36.

Uſus

561  
84

UJus: quomodo? quando? ubi? de quibus, &c. etandum? ex con-  
cionibus ad Dominicam Rogate & L. L. C. C. de precibus plenius pe-  
tendum. Conf. conc. 2. die 4. 1684. Conclusio, Psal. 86: v. 3, 4. 5.

## CONCIO II.

Parasc. 1. Tim. 2: v. 1, 2. vid. Conc. 2. die 4. 1684, monito illo, in-  
ter alia jubet Apostolus Deo reddendas esse gratias: qvæ jungenda sunt  
orationibus, Phil. 4: v. 6. confer Psal. 50: v. 14, 15, 23. fiant a. gratiarum  
actiones pro omnibus hominibus, qvia Deus in omnes beneficis est, Psal.  
145: v. 9. Matth. 5: v. 45. speciatim vero nominat Paulus v. 2. Reges & o-  
mnes in eminentia constitutos, docebit a. plenius textus prælegendus  
quomodo pro Regibus fiant gratiarum actiones, votum.

## TEXTUS, 1. Reg. 10: v. 9.

Exord. Jer. 22: v. 15, 16. Describitur Vanitas Regis Jojakim  
(Conf. v. 18) & simul regia prudentia & virtus parentis ejus Josiae, cuius  
deprædicatur, (α) status felix åtet och drucket/ qva phrasí describitur omniū  
rerum necessariarum abundans & jucunda fruitio, ita Eccl. 2: v. 24. Et 3:  
v. 13. & 9: v. 7. (β) Justitie administratio: blef åndoch lijkwäl wijd rått  
och råttfårdigheet/ celebratur pluribus amor justitiae in Josia, 2. Chron. 34:  
& 35. capp. (γ) Successus prosper. Och honom gick wäl/ Deut. 5: v. 33. Psal.  
7. v. 3. Et 128. v. 2. Esaj. 3: v. 10. Ex singulare Dei providentia nobis datus est  
Rex ac Dominus exoptatissimus, alienus plane a vitijs Joachimi, & pio Josiae  
simillimus, Sæ. enim Mairi, ejus rana mundi ludibria, & luxurians magni-  
ficentia, qvæ sæpe Regum mentes occæcant, plane displicant, & solidam  
regni sui felicitatem & in oculis Domini gratum thronisui splendorem  
qværit, exemplo Augustiss. Patris sui, gloriof. memoria, in pietate, veræ  
religionis exercitio, justitiae administratione, & subditorum vita pacata  
& jucunda, 1. Mact. 14: v. 10, 14. itaque merito textu hocce spectanda.

Devota gratulatio de Rege pio ac justo, ubi, I. Laus divinae provi-  
dentiae, II. Laus amoris Dei in populum suum, III. Ex utroque bonum  
optimi Regis opus Votum. Psal. 21: v. 14.

Verba textus nostri, ultima sunt in sermone Reginæ Sabeæ sive Ara-  
bicæ ad regem Salomonem, ex his alijsqve ejus verbis colligitur eam insi-  
gnem sapientiam, v. i. etiam veri Dei Israëlis cognitionem habuisse, qualē  
qvoque deprehendimus in alijs extra populum Israëliticum, Jos. 2: v. 11. 1.  
Sam. 29: v. 6. 1. Reg. 8: v. 41, 43. 2 Reg. 5: v. 15. Dan. 6: v. 16, 22. erupit  
itaque foemina hæc regia in devotam gratulationem de Salomone pio &  
justo, profertqve.

I Laudem divine providentiae: Qvæ ipsum constituit Regem, Es-  
warware H. E. Kren; Similis gratulatio, Reg. 5: v. 7. Deum verum unice be-

102

nedicendum & extollendum agnoscit, 1. Reg. 8: v. 15. tunc Gudus ita eadem  
utitur locutione, ac ilius est pater Salomonis David, 1. Reg. 2: v. 3. ut ostendat  
Salomonem Deum pro suo Deo agnoscere debere, tum propter gratio-  
sum foedus cum illo, ut Istraelita inito, Gen. 17. v. 7 tum spetiatim, quod  
illum constituerat Regem 1. Reg. 2: v. 15. & 3: v. 7 somnis tunc haf-  
siver/ inter omnes filios Davidis in Salomone Deus beneplacitum habuit,  
1. Chron. 29: v. 5. sicut han tunc på Israels Stoolsatt hafsvær/ quod sic ef-  
fertur, 2. Chron. 9: v. 8. quod te posuerit in Regem super solium suum,  
*Dominu Deo Tuo*: vocatur thronus regni Israelitici, Solium Dei sive regni  
Dominii, 1. Chron. 29: v. 5. quia Deus in peculium sibi elegit populum istum,  
Exod. 19: v. 5. eratque Deus Rex Iudaorum, 1. Sam. 8: v. 7. & Reges post ju-  
dices electi, peculiari ratione Dei vicarij in Regia dignitate super Israelitas  
dicebantur, 1. Chron. 30: v. 22, 23 Sanior itaque erat famina haec Anaba-  
ptistis & fanaticis aliis, qui non agnoscunt Dei Auctoritatem & provi-  
dentiam in Magistratus & Regum ordinatione, quod tamen ex dictis de  
Salomone allegatis, & aliis S. S. locis evidentissime patet, Rom. 3: 1. 2. 4. 5.

II. Laudem amoris Dei in populum suum: therfore at HEDren  
älskar Israel i ewigh tijd: quod ita explicatur, 2. Chron. 9: v. 8. eo quod  
diligit Deus tuus Israelem, ut stare eum faciat in eternum; inter magna  
summae Dei in populum suum bonitatis documenta, etiam hoc erat quod  
imperium legibus sanctis normatum illis dederit, & quando Deum non  
irritarunt, bonos etiam reges constituerit, Deut. 17: v. 14. 20. 1. Sæ 12: v. 14.

III. Ex urög bonum optimi Regis opus: at tu rätt och redelighet  
göra skal/ ea est intentio Dei, quando clementi sua providentia, & amore  
populi, regem bonum constituit, ut faciat judicium & justitiam: id  
itaque primum agat, ut agnoscens se à Deo esse in illa dignitate positum,  
jullumque æquumque putet, se purum & sanctum Dei cultum, ante  
omnia promotum ire, Chron. 17: v. 7, 8, 9. & 33: v. 16. deinde justitia  
administrationem procurare, & ipse judicium exercere: quæ virtus  
regia commendatur severe in Dei verbo, Deut. 1: v. 16, 17. Zach. 8: v. 16.  
Laudatur in Davide, 2. Sæ. 8: v. 15. & ipse de se, Ps. 119: v. 121. item in Sa-  
lomone, 1. Reg. 3: v. 28. in Simone, 1. Macc. 14: v. 14. Justitia enim fir-  
mantur regna & imperia, Prov. 16: v. 12. & 25: v. 5. Injustitia autem  
funditus evertuntur, Hiob 34: v. 10; Psal. 82: v. 6, 7, 8. Reges justi præ-  
tiosi in oculis Domini, verum postquam violentia & injustitia se de-  
derint, Deo abominationi sunt, Prov. 16: v. 12. & potentiam eorum mi-  
nuit, Hiob. 12: v. 21. Psal. 107: v. 40.

Ille Quod in exordio dictum, devotis ad Deum gratiarum actio-  
nibus iterum atque iterum agnoscendum est, quod sub Rege pio justo,  
felici.

5685  
Oratio pro Rego

felici, vitam tranquillam & quietam degere possimus, in omni pietate & honestate, veneremur singularem Dei providentiam clementiam & magnum omnipotentem, quod Regem optimum, Augustiss. & potentissimum CAROLUM XI. nobis dederit, *Num. 27. v. 16, 17.* justum proinde est, ut in devoto obsequio patiamur corda nostra moveri; *2 Chron. 30: v. 12.* orando pro Regis & filiorum ejus vita, *Ezdræ 6: v. 10.* *i Tim 2: v. 1.* optabimus & a Deo precabimur S. R. M. at Regi nostro Clementissimo longam annorum seriem, *Psal. 61: v. 7.* (*vivat Rex, I. Reg. 1: v. 39.*) Dei favorem & tutelam, *Psal. 18: v. 51.* ut semper sit incolamus, *Psal. 20: v. 3.* felix, *Psal. 21: v. 2, 3.* potens, *Psal. 144: v. 10.* ut virtutibus regijs, quibus praे omnibus terræ Regibus a Deo ornatus est, suum & serenissimorum suorum hæredum Thronum reddat firmum & florentem, videlicet, *pietate 2 Chron. 34: v. 1, 2, 3, 31.* *Clementia, Prov. 16: v. 5.* & *20: v. 28. justitia, Psal. 72: v. 1, 2.* *prudentia & vigilii imperio, I. Reg. 3: v. 9.* *Prov. 28: 2.* Vota hæc in cultu publico & privato sæpe repetantur, ex hymnis Eccles. HErren wår Gudh ware sigh blidt/o. Help Gudh vtaf din nådes thron ic. Gudh gifwe vårem Konung ic. Conclusio ex *Psal. 85: v. 8-14.*

### CONCIO III.

*Parafæc.* *2. Chron. 30: v. 12.* sit etiam super nos manus Dei. *Psal. 119: v. 173.* ut cor nostrum unanimi desiderio verbum Dei sequatur, sic obtemperemus Regi & vitam Christianam dignam degamus. &c.

### TEXTUS, Tit. 3: v. 1, 2.

**E**xord. *1. Pet. 2: v. 1, 7.* Quadruplex Christiani hominis officium injungit Petrus (1) omnes honorare pro ratione donorum & status, *Rom. 12: v. 10.* *Phil 2: v. 3.* (2) *Pet 5: v. 5.* (3) *Fratres amare, 1. Pet. 1: v. 22.* (2. *Pet. 1: v. 7.* *Hebr. 13: v. 1.* (3) *Deum timere super omnes, sine ulla exceptione, Deut 6: v. 13.* *Mattb. 22: v. 21.* *Lue. 4: v. 8.* (4) *Regem honore, videlicet, subjectione & obedientia, 1. Pet. 2: v. 13.* *conf. Mattb. 22: v. 21.* *Rom. 13: v. 1.* *I*gg9 eodem fere modo in textu hocce ultimo, in compendio monstrat Apostolus

*Officia hominis Christiani erga alios. Votum, Ps. 143: v. 10.*

Proposuit Apostolus binis capp. precedentibus varia Dei beneficia & diversorum statuum officia, immediate vero ante textū efficacissimum tradit ad vitam Christianam incitamentum, *Tit. 2: v. 11, 12, 13, 14.* additio v. 15. monito, de istis seriò inculcandis: continuat itaque cap. 3. similem informationem Apostolicam formana thema & suggerere ipsis, videlicet, jam ante tradita, diligen er imprimè Cretensibus sive Candianis fidelibus.

*I. Subjectionem & obedientiam erga Magistratum at the grotto Fornasina*

564  
starria/ in insula ista tunc temporis degebant Judæi seditiosi sive veteres Cretenses eodem vitio imbuti, quos indigitat Paulus : præceptum stud valde erat necessarium. Magistratum autem vocat (1) ἀρχας, principatus scilicet in suprema autoritate constitutos, Rom. 13: v. 3. (2) ἐξοικειον, potestates scilicet inferiores, ita etiam distinguit Petrus, 1. Pet. 2: v. 13, 14 erga utramque Magistratus speciem reqvirit Paulus (a) subjectionem, ubi eadema vox & idem præceptum, Rom. 13: v. 1. &c. (B) Obedientiam, ut prompte, libenter ex animo obtemperent, Tit. 2: 9.

II. Beneficentiam in communi, redebognit til alla goda gärningar/re: describuntur impi, Tit. 1: v. 16, quod sint til alla goda gärningar obuglige/ verum longe aliter se habent homines vere regeniti, Ephes. 2: v. 10. illi enim in Christo existentes per fidem, Job. 6: v. 29. Gal. 2: v. 10. fructum ferunt, Job. 15: v. 2, 4, 5, 16. diriguntur eorum opera a Deo, Psal. 90: v. 17. Prov. 16: v. 3. Eccles. 9: v. 7. & Iaj. 3: v. 19. de operibus renatorum leg. Matth. 3: v. 8. & 5: v. 16. Job. 3: v. 21. 1. Cor. 15 v. 58. 1. Tim. 2: v. 10. præprimis autem huc spectant, 2. Cor. 9: v. 8. & Thess. 2: v. 7. 1. Tim. 2: v. 21. & 3: v. 17. NB. Tit. 2: v. 14. & 3: v. 8, 14. Iac. 3: v. 13. conjungitur quoque hoc præceptum cum obedientia erga magistratum. 1. Pet. 2: v. 12, 13, 14.

III. Moderamen lingue, (a) om ingen illa tala/re. vox Βλασφημειν etiam de maledicentia in proximum, Act. 13: v. 45. & 16: v. 6. 1. Cor. 4: v. 13. & 10: v. 13. de quo vitio vitando Iac. 3: v. 3. seqq. vid. Psal. 15: v. 3. & 3: v. 13, 14. & 2: v. 3. & 8. &c. conf. ad illatores Enarrat vernac. in Psalmos, cavaenda præprimis sedulo temeritas sermonis de superioribus, Eccles. 10: v. 20. 2. Pet. 2: v. 10. Jud. v. 8. (B) Icce trātosamme / ἄμαχοι non pugnaces, non contentiosi, 1. Tim. 3: v. 3. pacifici, Matth. 5: v. 9. libido autem litigandi est vitium diabolicum & omnia mala secum adfert, Iac. 3: v. 14, 15, 16.

IV. Mansuetudinem erga quosvis vñhan milde/re. επιεικεις Pbil. 4: v. 1. faciles & commodi in interpretandis aliorum dictis & factis ac de vestro jure pacis caussa cedentes, Pbil. 4: v. 8. bewusandas allachtmäßig heet til alla Menniskior. Ephe. 4: v. 31. 2. Tim. 2: v. 24. Iac. 3: v. 13, 17. etiam contradicentes cum modestia & gravitate reprimendi, 2. Tim. 4: v. 2. Tit. 2. v. 15.

Usus: pro ratione corruptorum temporum nostrorum, virtus bi- sce virtutibus opposita redarguenda, ut etiam apud nos obtineat vim suam preceptum Apostolicum.

Ιωαν. ε. λοι. Εργευατε, πάς γραφὰς. (καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ ιδίᾳ Διαλέκτῳ.)

Μόνῳ τῷ Θεῷ Δόξα.